JBC

Beatus gregorius in expositione beati iob libro xii. Dum de his qui antequam eorum dies impleantur pereunt tractaret. adiunxit.

De eo quod imi qui bonorum uitam inordinate imitari soleant.

Quia enim saepe contingit. ut pro utilitate multorum. etiam sancti uiri exterioribus actionibus seruiant. & populorum gubernationibus occupentur. hoc infirmi aspicientes & per uetustam adhuc superbiam quaerentes imitari. exterioribus actionibus se inserunt. Sed quanto ad eas non eruditi spiritalibus ueniunt. tanto eas carnaliter exsequuntur. Nisi enim prius cor longo studio & diutina conuersatione in desideriis caelestibus conualescat. cum ad exteriora agenda refunditur. ab omni statu boni operis eradicatur.

LIBRO XIII. Dum exponeretur. Caligauit ad indignationem oculus meus. & membra mea quasi in nihilum sunt redacta. adiunctum est.

De piorum admiratione cur et iniqui praeualeant.

Ad indignationem oculus caligat. quando ipsi quoque qui in dominico corpore id est in ecclesia lumen ueritatis habent. dum se diutius a prauis despici ac dedignari conspiciunt. de occulti iudicii admiratione turbantur. & secretum dei scrutari nequeunt. cur praeualere peruersi contra bonorum innocentiam permittantur. sed cum isti caligant. infirmi usque ad infidelitatem corruunt.

LIB XIIII. Dum de superbia diceretur. adiun
ctum est. Saepe enim quosdam diuites uidi
mus. qui opes & gloriam habere sine culpa potuissent
si haec habere cum humilitate uoluissent. sed extol
luntur rebus. Inflantur honoribus. dedignantur
ceteros. omnemque uitae suae fiduciam in ipsa ab
undantia rerum ponunt.

IN EODEM Dum de indiscrete redarguentib;
tractaretur. additū est. Qui enim semetipsū prius
non iudicat. quid in alio rectū iudicet ignorat. Et
si nouit fortasse per auditū quod recte iudicare
debeat. recte tamen iudicare aliena merita non ua
let. cui conscientia innocentiae propriae nullā
iudicii regulam praebet. Iustum quoq; est. ut si di
stricte prius nrā in nobis prius mala insequimur.
tūc contra aliena utiliter erigamur & ea quae in
nobis punimus. etiam in aliis redarguendo superemus.

IN EODEM DE PERCUSSIONIBUS DI

Qui ergo ita percutitur. ut uires illius a percussi
one superentur. Non hunc dns iam quasi filium
per disciplinam. sed quasi hostem per iram ferit.

De eo qd iudaicū dns populū uocauerit & n̄ ei respon derit.

IN EODEM Dum exponeretur. seruū meū uocaui
& non respondit. adiunctū est. Hunc igitur seruū
uocauit dns. quia conlatis muneribus quasi emis

LIB SC

sis eum uocibus ad se ducere studuit sed non respon
dit. quia digna opera donis eius reddere contẽpsit
Uocat nos enim ds. cum muneribus praeuenit. Re
spondemus uero uocationi eius; cum digne iuxta
percepta munera deseruimus.

IN EODEM Dum de ordine legis doctorũ atq;
pharisaeorũ tractaretur. subiunctũ est. Et quẽ
maxime diligebam. auersatus est me. Ipse enim
ordo. succedente perfidia a fide ueritatis auersus
est. qui prius in labore p̄dicationis seruiens. ma
xime diligebatur. Quem non solũ ad non creden
dum. sed etiam usque ad persequendum dnm̃ po
pulorum turba secuta est. & usq; ad passionẽ illi
us. saeuitiae facibus accensa.

IN LIB XV. DE MALORŨ AD INUENTORIBUS

Sic plerumq; peruersi quiq; in prauis actibus exer
centur. ut plus inueniant in peruersa operatione
quod faciant. quam ex usu reproborũ iniquita
tis accipere exemplũ potuerunt. Unde & ampli
oris retributionis tormento feriuntur. quia et
ipsi ex semet ipsis amplius actiones prauas de
quibus ferri debeant inuenerunt. Bene itaq; dici
tur; iuxta multitudinẽ adinuentionũ suarum su
arum. sic & sustinebunt. Non enim inuenirent

S IUDIOGI FARDI

iniquitatem nouam· nisi inquirerent· et non quaere
rent· nisi ex studio perpetrare festinarent· & quam
uis damnatorum omnium sit dolor infinitus· gra
uiora tamen tormenta recipiunt· qui multa iniqui
tatibus ex suis quoque desideriis inuenerunt·

IN LIBRO XVII Dum de loco paenitendi a
dō dato sed abuso tractaretur· adiunctum est testi
moniū esaiae dicentis· Puer centum annorū mo
rietur· & peccator centum annorum maledictus
erit· Ac si aperte nos deterreat dicens· Vita quidem
pueri in longum trahitur· ut a factis puerilibus cor
rigatur· Sed si a peccati perpetratione nec tempo
ris longinquitate compescitur· haec ipsa uitae lon
ginquitas quam per misericordiam accipit· et ad cu
mulum maledictionis crescit· Unde necesse est· ut
cum nos expectari diutius conspicimus· ipsa prae
rogatae pietatis tempora quasi damnationis
argumenta timeamus· Ne ex clementia iudicis
crescat suppliciū peccatoris· et unde quisq; eri
pi poterat a morte· inde grauius ad mortem ten
dat·

IN EODEM Dum de iniquorū contritione
diceretur· & sicut summitates spicarum contereren
tur· subiunctum est· spicarum summitates· a
ristae sunt· Aristae autem coniunctae in spicas

prodeunt· sed crescendo paulisper a se hirsutę & rigidae disiunguntur· Sic nimirum. sic ad huius mundi gloriam. praui diuites surgunt· Naturae enim sibi cōmunione coniuncti sunt· sed contra se uicissim crescendo diuiduntur· Alius quippe alium dispicit· & alter in alterum inuidiae facibus ignescit· Qui ergo ex tumore mentis a karitatis unitate se separant· quasi aristarum more rigidi stant· Quid ergo prauos huius mundi diuites. nisi aristas quasdā generis humani dixerim· Qui dum contra se superbiunt. sed bonorum uitam unanimiter affligunt· aduersum se quidem diuisi sunt· sed tamen concorditer grana deorsum premunt· Illi se honorum fastibus ostendunt· isti in humilitate se deprimunt·

IN EODEM Dum tractaretur quod iustus ab iniusto argui non debeat· adiunctū est· Iustus namque. & si quid delinquendo loquitur· dignum non est ut ab iniustis & praue uiuentibus iudicetur· quia nimirum illi recte redarguere falsa possunt· qui falsa agere nesciunt· Nam correptionis ausum contra fallaciam perdunt· qui adhuc fallaciter uiuunt· ET INFRA

Tolerabilius dō est. ut in infirmitate quis atque

ignorantia cum humilitate lateat. quam cum elatione alta comprehendat.

IN LIB. XVIII. De humilitate & elatione.

Sciendum magnopere est. quia tanto unaquaeque anima fit pretiosior ante oculos di. quanto pro amore ueritatis despectior fuerit ante oculos suos. Hinc ad saul dicitur. Nonne cum paruulus esses in oculis tuis. caput te constitui in tribubus israel. Ac si aperte diceret. Magnus mihi fuisti. quia despectus tibi. sed nunc. quia magnus tibi es. factus es despectus mihi.

IN LIB. XVIIII. De qualitatib; regentium.

Sunt namque nonnulli ita districti. ut omnem etiam mansuetudinem benignitatis amittant. Et sunt nonnulli ita mansueti. ut perdant districti iura regiminis. Unde cunctis rectoribus utraque summopere sunt tenenda. ut nec in disciplinae uigore benignitatem mansuetudinis. nec rursus in mansuetudine districtionem deserant disciplinae. Quatenus nec ad compassionem pietatis obdurescant cum contumaces corrigunt. Nec disciplinae uigorem molliant cum infirmorum animos consolantur. Regat ergo disciplinae rigor mansuetudinem. & mansuetudo ornet rigorem. & sic alte

rum commendetur ex altero. ut nec rigor sit rigidus. nec mansuetudo dissoluta.

IN EODEM De custodia operis boni

Pensandum ergo magnopere est. quia bona prodesse nequeunt. si mala quae surripiunt non cauentur. perit omne quod agitur. si non sollicite in humilitate custoditur. Unde bene quoque de ipso primo parente dicitur. Posuit eum dominus in paradiso uoluptatis. ut operaretur et custodiret illum. Operatur quippe. qui agit bonum quod praecipitur. Sed quod operatus fuerit non custodit. cui hoc surripit quod prohibetur.

IN EODEM De amore erga subditos

Quia igitur aliud est opus bonum ex praecepto. aliud uero etiam ex affectu facere. sanctus uir ut mentem nobis suae operationis insinuet. dicat. pater eram pauperum. Non ergo se patronum. uel proximum. uel adiutorem pauperum. sed patrem fuisse testatur. Quia nimirum magno karitatis officio. studium misericordiae uertit in affectum naturae. Ut eos quasi filios cerneret per amorem. quibus quasi pater praeerat per protectionem.

ET INFRA Qui enim aeternae retributionis bona cogitat. necesse est ut ad omnem se causam secutu

rae mercedis extendat·

IN EODEM Dum de opere bono tractaretur ac iudicibus· testimonium pauli apostoli adiunctum est· Contemptibiles qui sunt in ecclesia· illos constituite ad iudicandum· Qua ex re quid colligitur· nisi ut terrenas causas examinent. qui exteriorum rerum sapientiam perceperunt· Qui autem spiritalibus donis ditati sunt· profecto terrenis non debent negotiis implicari· ut dum non coguntur inferiora bona disponere· ualeant bonis superioribus deseruire·

De cauenda ex non approbatis rebus credulitate

IN EODEM Dum uerba beati iob explanarentur quibus dicitur· Et causam quam nesciebam diligentissime inuestigabam· subiunctum est· Qua in re Notandum uideo· ne ad proferendum sententiam unquam praecipites esse debeamus· Ne temere indiscussa iudicemus· Ne quaelibet mala audita nos moueant· Ne passim dicta sine probatione credamus· Quod profecto perpetrare pertimescimus· si auctoris nr̄i suptilius facta pensamus· Ipse quippe. ut nos a praecipitata sententiae prolatione cōpesceret. Cum omnia nuda et aperta sunt oculis eius· mala tamen sodomae noluit audita iu

dicare. qui ait. Clamor sodomorum & gomorraeorū
multiplicatus est. & peccatum eorum adgrauatum est
nimis. Descendam. & uidebo utrum clamorem qui
uenerit ad me opere compleuerint. An non est ita ut
sciam. Omnipotens itaque dns & omnia sciens. cur
ante probationem quasi dubitat. nisi ut grauitatis
nobis exemplum proponat. Ne mala hominum ante
praesumamus credere quam probare. Ecce itaq;
per angelos ad cognoscenda mala descendit. moxq;
facinorosos percutit. Atque ille patiens. ille mitis.
ille de quo scriptum est. Tu autem dne cum tran
quillitate iudicas. Ille de quo rursus scriptum
est. Dns patiens redditor. In tanto crimine in
uolutos inueniens. quasi patientiam praemittit.
Et diem extremi iudicii expectare ad uindictam
noluit. sed eos igne iudicii ante iudicii diem prae
uenit. Ecce malum & quasi cum difficultate
credidit cum audiuit. & tamen sine tarditate
percussit cum uere cognoscendo repperit. Ut
nobis uidelicet daret exemplum. quod maiora
crimina & tarde credenda sunt cum audiuntur.
& citius punienda sunt cum ueraciter agnoscun
tur.

IN LIB XX Qui modus in iudicio sit tenend'

Dum testimonium psalmistae quo dicitur. uirga tua & baculus ipsa me consolata sunt exponeretur. adiunctum est. Virga enim percutimur. & baculo sustentamur. si ergo est districtio uirgae quae feriat. sit & consolatio baculi quae sustentet. Sit itaque amor. sed non emolliens. Sit uigor. sed non exasperans. Sit zelus. sed non inmoderate saeuiens. Sit pietas. sed non plus quam expediat parcens. Intueri libet in moysi pectore misericordiam cum seueritate sociatam. Uideamus amantē pie. & districte saeuientem. Certe cum israeliticus populus ante dī oculos paene inueniabilem contraxisset offensam. ita ut eius rector audiret. descende. peccauit populus tuus. Ac si ei diuina uox diceret. qui in tali peccato lapsus est iam meus non est. atque subiungeret. Dimitte me ut irascatur furor meus contra eos & deleam eos. faciamque te in gentem magnam. Ille semel & iterum pro populo cui praeerat obicem se ad impetum dī irascentis opponens. ait. Aut dimitte eis hanc noxā. aut si non facis. dele me de libro tuo quem scripsisti. Pensemus ergo. quibus uisceribus eundem populum amauit. pro cuius uita de libro uitae deleri se petiuit. Sed tamen. iste qui tanto eius populi amore

constringitur· contra eius culpas pensemus
quanto zelo rectitudinis accendatur· Mox enim
ut petitione prima culpae ueniam ne delerentur
optinuit· ad eundem populum ueniens· ait· Ponat
uir gladium super femur suum· Ite & redite de
porta usque ad portam per medium castrorum·
et occidat unusquisque fratrem suum & proxi
mum suum· Cecideruntque in die illo· quasi ui
ginti tria milia hominum· Ecce qui uitam omnium
&iam cum sua morte petiuit· paucorum uitam gla
dio extinxit· Intus arsit ignibus amoris· foris ac
census est zelo seueritatis· Tanta fuit pi&as· ut
se pro illis coram dn̄o morti offerre non dubitar&·
Tanta seueritas· ut eos quos diuinitus feriri timuerat·
ipse iudicii gladio ferir&· Sic amauit eos quibus
praefuit· ut pro eis nec sibi parceret· Et tamen de
linquentes sic persecutus est quos amauit· ut eos etiā
dn̄o parcente prosterneret· Utroque legatus for
tis· utroque mediator admirabilis· Causam populi
apud dn̄m precibus· causam dī apud populum gladius
allegauit· Intus amans· diuinae irae supplican
do obstitit· foris saeuiens· culpam saeuiendo con
sumpsit· Succurrit citius omnibus· ostensa morte
paucorum· Et idcirco omnipotens ds̄ fidelem

famulum suum citius exaudiuit agentem pro populo. quia uidit quid super populum acturus esset ipse pro do.

In eodem Dum de prauis quorum merito ecclesia quaedam aduersa sustinet diceretur. Qui rodebant in solitudine. squalentes calamitate et miseria. adiunctum est. Calamitate scilicet non squalerent. si insitis uoluptatibus necessitatum miseriam non superadderent. Quas uidelicet necessitates. ex parentis primi culpa meruimus. hi uero. qui calamitati suae miseriam adiungunt. ex cruciatu poenae ad augmenta prorumpunt culpae. Sed utinam tales cum ad melius permutari dispiciunt. ita peruersa agerent ut non ea etiam aliis propinarent. Utinam illis mors sua sola sufficeret. et non uirulentis persuasionibus alienam etiam uitam necarent. Inuident enim aliis esse quod non sunt. dolent alios adipisci quod perdunt. Nam si qua forte in aliorum actibus exoriri bona conspiciunt. mox ea. manu pestiferae exprobrationis euellunt.

In eodem Dum de prauis persecutoribus. scilicet aduersariis apertis. uoce ecclesiae diceretur. Dissipauerunt itinera mea. Insidiati sunt

mihi & praeualuerunt. et Non fuit qui ferret auxi
lium. subiunctum est. Ipsi quippe eius itinera
dissipant. cum in quorundam infirmorum men
tibus. ueritatis uias. callida persuasione pertur
bant. Ipsi insidiantes praeualent. cum eos
quos aperte ad malum trahere nequeunt. bona
simulando peruertunt. Sed mirum ualde qđ
subicit. Non fuit qui ferret auxilium. cum de diui
no adiutorio psalmista clamet. Adiutor in opor
tunitatibus. in tribulatione. Et Sperent in te
qui nouerunt Nomen tuum. quoniam non dere
linquis quaerentes te dn̄e. & cum rursus scriptū
sit. Quis sperauit in dn̄o. & confusus est. per
mansit in mandatis eius. & derelictus est. Et
quis inuocauit illum. & dispexit eum. Qua
itaque ratione nunc dicitur Non fuit qui ferret
auxilium. nisi quia omnipotens ds̄ eos quos in
aeternum diligit. aliquando ad tempus relin
quit. Unde scriptum est. Ad punctum in mo
dico dereliqui te. & in miserationibus magnis
congregabo te. In momento indignationis. abs
condi faciem meam parumper a te. & in miseri
cordia sempiterna misertus sum tui. Hinc &
psalmista deprecatur dicens. Non me dere

linquas usquequaque. Derelinqui igitur sese ad modicum nouerat utiliter. qui ne usquequaque relinqueretur praebebat. Scos etenim suos. ueniendo adiuuat. derelinquendo probat. donis firmat. tribulationibus temptat. Et omnipotens ds electorum suorum aduersarios. temporaliter permittit excrescere. ut per malorum saeuitiam. purgetur uita bonorum. Nunquam quippe dns aduersos bonis esse permitteret. nisi & ia quantum prodessent uideret. Nam dum iniusti saeuiunt. iusti purgantur. Et utilitati innocentium. militat uita prauorum. dum hanc et premendo humiliat. & humiliando semper ad melius formant. Unde recte quoque per salomonem dicitur. Qui stultus est. seruiet sapienti. Et tamen saepe conspicimus sapientes subesse. stultos uero arcem dominii tenere. sapientes seruiliter obsequi. stultos tyrannica electione dominari. Sed sciendum est. quia contra sapientis uitam dum stultus praeminens terrorem potestatis exercet. dum hunc laboribus fatigat. contumeliis lacerat. profecto hunc ab omni uitiorum rubigine urendo purgat.

In eodem Dum de humili bonorum pa
tientia diceretur. adiunctum est. Sed sci ui
ri. plus se interius patientiae iugo subiciunt.
quam foris hominibus praesunt. Et eo uerio
rem principatum foris exhibent. quo humili
orem dō intrinsecus famulatum tenent. At
que idcirco saepe plus quosdam tolerant. quo
se de eis ulcisci amplius possunt. Ac ne umquā
ad inlicita transeant. plerumque nolunt
pro se exequi. etiam quod licet. Subiectorū
strepitus sufferunt. per amorem increpant
quos per mansuetudinem portant. Unde et
recte dicitur. sine furore consurgens in tur
ba clamaui. Quia nimirum boni. contra tumul
tum insolentium clamorem habent. & furo
rem non habent. quoniam eos quos clementer
tolerant. docere non cessant. Sca enim eccla.
prauorum uitam studio rectae aemulationis.
non autem uaesania furoris insequitur.
Irascitur & amat. saeuit et tranquilla est.
quatenus infirmos suos & corrigat ex aemu
latione. & foueat ex pietate.

In LIB XXI Dum de discretione praeposito
rum erga subditos tractaretur. adiunctū est

de beato Iob. Quis digne considerare ualeat huius uiri tam sublimia uirtutum moderamina? In quo tanta est auctoritas regiminis: ut ad silentium restringantur duces. Tanta humilitas cordis: ut ex aequo ad iudicium uenire permittantur ancillae. Ecce apparet miro modo in potestate principibus potior. In certamine seruis aequalis. In coetu principum memor regiminis. In certamine famulorum memor conditionis. Se quippe sub uero dn͞o famulum conspicit. Ideo cordis altitudine se super famulos non extollit. Qui enim uenturū iudicem cogitat indesinenter. cotidie rationū suarū in melius causas parat. Qui aeternum dn͞m tremore cordis intuetur. iura temporalis dominii super subiectos moderari compellitur. Perpendit enim nil esse quod temporaliter praeest ceteris. quando illi ad reddendam rationem subest. qui sine fine dominatur. ET INFRA. Potentibus uiris. magna est uirtus humilitatis. considerata aequalitas conditionis. Omnes namq; homines natura aequales sumus. sed accessit dispensatorio ordine ut quibusdam praelati uideamur. Si igitur hoc a mente deprimimus. quod temporaliter accessit.

Inuenimus citius quod naturaliter sumus·

IN LIB XXII·

Dum de ruina inimicorum tractaretur· ad
iunctum est· Sed inter haec sciendum est·
quia euenire plerumque solet· ut non amissa
karitate & inimici nos ruina laetificet· et
rursum eius gloria sine inuidiae culpa con
tristet· Cum & ruente eo. quosdam bene eri
gi credimus· et proficiente illo plerosque in
iuste opprimi formidamus· Qua in re· men
tem nostram. nec eius iam defectus erigit·
nec eius prouectus addicit· si recta nostra
cogitatio non quid in ipso sed quid de ipso cir
ca alios agatur attendit· Sed ad haec ser
uanda· ualde est necessarium suptilissimae
discretionis examen· Ne cum nostra odia
exequimur· fallamur sub specie utilitatis
alienae· Si autem de inimici morte gauden
dum omnino non esset· psalmista non dice
ret· Laetabitur iustus cum uiderit uindi
ctam impiorum· sed aliud est impium· aliud
uero inimicum perpeti· Nam sunt pleriq;
inimici· qui non sunt impii· Et sunt nonnul
li impii· qui nobis specialiter non uidentur

inimici Humana autem mens· omnem quem inimicū
tolerat· & eum impium & iniquum putat· quia eius cul
pas apud cogitationem suam liuor accusator exag
gerat Quibuslibet uero flagitiis prematur· mi
nus iniquus creditur· si aduersarius minime sen
titur Quapropter· discernendum est aliud esse
quod nobis· aliud uero quod sibi et ceteris noster
inimicus nocet Nam si alius bonus est· sine
nostra forsitan culpa esse non potest nobis ma
lus Nec omnino iam de eius ruina gaudendū
est· cuius nos solos certum est aduersa tolerasse·
Cum uero noster ac multorum hostis perimitur·
de ereptione proximorum potius· quam de inimi
ci interitu necesse est animus ut laetetur Opor
tet namque· ut pereunte aduersario subtiliter
pensare debeamus & quid debemus ruinae pecca
toris· et quid iustitiae ferientis Nam cum
peruersum quemque omnipotens percutit·
& condolendum est miseriae pereuntis· et con
gaudendum iustitiae iudicis Ut nobis & in
luctu sit poena morientis proximi· & rursū
ad gaudium ueniat exhibita aequitas iudican
tis dī Quatenus nec pereunti homini exista
mus aduersarii· nec iudicanti dō inueniamur

Ingrati

IN LIB. EOD. XXII.

Dum de uitanda peccati excusatione tractaretur: adiunctum est; Uerae humilitatis testimonia sunt. & iniquitatem suam quemque cognoscere. et cognitam uoce confessionis aperire; At contra. usitatum humani generis uitium est. et labendo peccatum committere. & commissum negando defendere. & conuictum defendendo multiplicare; Quo contra. cuique peccatori iam exordium inluminationis est. humilitas confessionis; Quia sibimet ipsi iam parcere renuit. qui malum non erubescit confiteri quod fecit; Et qui defendendo accusare potuit. accusando se celerrime defendit; Unde & mortuo lazaro qui mole magna premebatur: nequaquam dicitur reuiuisce. sed ueni foras;

Ex qua scilicet resurrectione quae gesta in illius est corpore. signatur qualiter nos resuscitemur in mente: cum uidelicet mortuo dicitur ueni foras; Ut nimirum homo in peccato suo mortuus. & per molem malae consuetudinis iam sepultus. quia intra conscientiam suam absconsus iacet per nequitiam. a se ipso foras exeat per

confessionem. Mortuo enim ueni foras dicitur. ut ab excusatione atque occultatione peccati. ad accusationem suam. ore proprio exire prouocetur. Unde dauid propheta. ab illa tanti morte facinoris reuiuiscens. ad uocem dni quasi foras exiit. dum per nathan correptus. quod fecerat accusauit.

IN EODEM

Dum de modo praepositorum erga subditos exponeretur. adiunctum est. Omnes namq; qui sub dispensatione conditoris uicario nobis ministerio iungimur. sub uno ac uero dno quid nobis aliud nisi inuicem seruimus. Cum igitur is qui subest. seruit ad obsequium. restat proculdubio ut is qui praeest seruiat ad uerbum. Cum is qui subest. iussis optemperat. oportet ut is qui praeest curam sollicitudinis ac pietatis impendat. sicque fit. ut dum studiose nunc seruire nobis inuicem per karitatem nitimur. quando que cum uero dno communi exultatione dominemur.

Quod non debeant subditi prepositor redarguere.

ITEM INFRA

Qua in re. sollicita semper consideratione pensandum est. ne aut hi qui praesunt exempla

mali operis subiectis praebeant. eorumque ui
tam suae gladio prauitatis extinguant. aut
hi qui alieno regimini subiacent facile iudica
re audeant facta rectorum. Atque per hoc
quod de his qui sibi praelati sunt murmurant.
non humano sed ei qui cuncta disponit diui
no ordini contradicunt. Vnde et moyses con
tra se murmurantib; ait. Nos enim quid sumus.
nec contra nos est murmur uestrum. sed con
tra dn̄m. Qui enim contra superpositam si
bi potestatem murmurat. liquet quod illum
redarguit qui eandem homini potestatem
dedit.

IN LIB̄ XXIII.

Dum de arrogantibus in ecclesia positis tracta
retur. adiunctum est. Arrogantes intra
positi. eandem scām ecclesiam quam defen
dunt dispiciunt. Et plerumque contingit. ut
plus ingenia male sapientium. quam simpli
cem uitam innocentium uenerentur. plus
reseruent linguis extra loquentium. quam
meritis intra positorum. Quamuis utrisque
e diuerso obuient. cum et ab illis rectitudine
sensuum. et a scā ecclesia morum prauitate

discordent. ET INFRA

Omnes arrogantes. uoces quidem scae ecclesiae audiunt. sed sibi eas dici dissimulant. quando elationis uitium emendare contemnunt. Nec se de superbia redargui aestimant. quia esse se humiles putant. Qui etiam redargui dispiciunt. dum sapientiores semet. ipsis redarguentibus putant.

IN LIB XXIIII.

Dum de agnitione peccati tractaretur. adiunctū est. Nemo quippe tortitudinem suam. nisi rectus esse coeperit deprehendit. Nam qui omnino peruersus est. neque hoc potest uidere quod est. Qui uero peccatorem se intellegit. iam ex parte aliqua esse iustus inchoauit. Atque id quod non iustus fecerat. ex eo quod est iustus accusat. Qua accusatione. dō inhaerere inchoat. dum rectum contra se iudicium proferens. hoc in se quod illi sentit displicere. condemnat. Ideo enim nonnulli peccasse se nesciunt. quia homines non attendunt. Nam si considerarent homines. citius cognoscerent. quantum peccando infra homines cecidissent.

IN EODEM

Dum de arrogantibus praedicatoribus tractaretur. adiunctum est. Sed haec esse propria arrogantium praedicatorum solent. ut etiam afflictos auditores suos magis districte corripere appetant. quam blande refouere. Plus enim student ut mala obiurgando increpent. quam bona laudando confirment. Superiores quippe uideri desiderant. et magis gaudent cum eorum animum ira leuat. quam karitas exaequat. semper inuenire optant. quod increpando rigide feriant. Unde scriptum est. In ore stulti uirga superbiae. Quia uidelicet percutere rigide scit. sed compati humiliter nescit. Et infra

Sciunt praedicatores sci utroque moderamine artem magisterii temperare. Et cum delinquentium reatus inueniunt. sciunt modo seuere corripere. modo humiliter deprecari. Sed cum arrogantes uiri eos imitari appetunt. sumunt ab eis aspera uerba correptionis. et sumere ab eis nesciunt preces humilitatis. Magis enim terribiles possunt esse quam mites. Et idcirco discunt unde se erigant. &

discere neglegunt · ut animum summittant·
Cumque admonere delinquentes placide nesciunt· nimio rigoris usu per inuectionis iracundiam etiam contra recte agentes effrenantur·

In eodem

Dum de prauorum superbia tractaretur· adiunctum est· Isti sunt cotidiani defectus· qui in cordibus reproborum fiunt· quibus indesinenter ad deteriora descendunt· Quia dum minora incaute neglegunt· ad maiora perniciose prorumpunt· Unde· uitium superbiae ab ipsa mox radice secandum est· ut cum latenter oritur· tunc uigilanter abscidatur· ne profectu uigeat· ne usu roboretur· Difficile enim ipse quisque inueteratam superbiā deprehendit· Quia nimirum hoc uitium quanto magis patimur· tanto minus uidemus·

In eodem

Dum de modo proferendi ea quae sentiuntur tractaretur· adiunctum est· In omne enim quod dicitur· summopere intuendum est· quid dicatur· cui dicatur· quando dicatur· quomodo dicatur·

IN LIB XXV

Dum de iudicio quod ob conuersionem in mente fit tracta
retur. adiunctum est· Accedunt ad secretarium iudicis
intra sinum cordis· considerant quam districte quan
doq; feriat· qui diu patienter expectat· Metuunt in
his quae se egisse meminerunt· puniunt flendo quod
perpetrasse se intellegunt· Atq; in hoc secreto in
terioris iudicii. ipsa mentis suae executione constricti·
paenitendo feriunt· quod superbiendo commiserunt·
Ibi namq; aduersum se quicquid se inpugnat enume
rant· ibi ante oculos suos omne quod defleant coacer
uant· Ibi quicquid per iram districti iudicis decerni
possit intuentur· Ibi tot patiuntur supplicia quot
pati timent· Nec deest in hoc iudicio mente conce
pto omne ministerium quod punire reos suos pleni
us debeat· Nam conscientia accusat· ratio iudicat·
timor ligat· dolor excruciat· Quod iudicium. eo
certius punit· quo interius saeuit· Unusquisque
enim. cum causam huius examinis contra se adgre
di coeperit· ipse est auctor qui exhibet· ipse reus
qui exhibetur· Odit se qualem fuisse se meminit·
et ipse qui est semet ipsum insequitur illum qui
fuit· Atq; ab ipso homine. aduersus semetipsum
fit quaedam rixa in animo· parturiens pacem cū

do. Hanc cordis rixam dns requirebat. cum per prophetam diceret. Attendi et auscultaui. nemo quod bonum est loquitur. Nullus est qui agat paenitentiam super peccato suo. dicens. quid feci

Quia ergo nunc in potestate est internum mentis nostrae contra nos subire iudicium. recognoscendo accusemus nosmetipsos quales fuimus. paenitendo torqueamus. Non cessemus dum licet iudicare quod fecimus. Audiamus caute quod dicitur. Neque enim ultra in hominis potestate est. ut ueniat ad dm in iudicium. Reproborum namque esse proprium solet. semper praua agere. et nunquam quae egerint retractare. Omne enim quod faciunt. caeca mente pertranseunt. factumque suum nisi cum puniti fuerint non agnoscunt. Nunquam enim culpam suam nisi in poena cognoscunt. et quia poena differtur. culpa dispicitur.

IN EODEM

Dum de conuertentibus ac non conuertentibus diceretur. adiunctum est. In hoc ergo utroque genere hominum. saepe contingit ut et qui uidentur stare humano iudicio. iam in conspectu aeterni iudicis iaceant. Et qui adhuc coram homini

bus iacent. iam in conspectu aeterni iudicis stent.
Quis enim hominum aestimare potuisset iudam
uiuendi sortem &iam post ministerium apostola
tus amittere. Et quis econtra latronem crederet
causam uitae &ium in ipso mortis articulo inue
nire. Occultus autem iudex praesidens. & in u
troque corda discernens. alterum pie statuit.
alterum iuste confregit. Illum districte exte
rius reppulit. hunc introrsus misericorditer
erexit.

IN EODEM

Dum de rectorum subditorumque continentia & mo
do tractaretur. adiunctum est quod rectorū facta
a subditis non debeant reprehendi. Ds per magi
stros quidem uitam iudicat plebium. sed per semet
ipsum facta examinat magistrorum. Quamuis
etiā subditorum uitia quae a magistris modo ueldis
simulanter iudicari nequeunt. eius procul dubio
iudicio reseruantur. Igitur dum salua fide res
agitur. uirtutis est meritum. si quicquid prioris
est toleratur. Debet tamen humiliter suggeri.
si fortasse ualeat quod displicet emendari. Sed
curandum summopere est. ne in superbiam trans
eat iustitia inordinata defensione. Et dum recti

tudo incaute diligitur. ipsa magistra rectitudi
nis humilitas amittatur. Ne eum prae esse sibi
quisque dispiciat. quem fortasse contigit ut in
aliqua actione reprehendat. ET INFRA
Si autem magistrorum uita iure reprehenditur.
oportet ut eos subditi etiam cum displicent uene
rentur. sed hoc est sollerter intuendum. ne aut
quem uenerari necesse est imitari appetas. aut
quem imitari dispicis. uenerari contemnas. Sup
tilis etenim uia tenenda est. rectitudinis et humi
litatis. Ut sic reprehensibilia magistrorum facta
displiceant. quatenus subditorum mens a ser
uanda magisterii reuerentia non recedat. Quod
bene noe debriato exprimitur. cuius nudata
uerecundiora. boni filii auersi ueniendo texerunt.
Auersari quippe dicimus. quod reprobamus.
Quid est ergo quod filii uerecunda patris super
lecto dorsis pallio auersi uenientes operiunt.
nisi quod bonis subditis sic praepositorum suo
rum mala displicent. ut tamen haec ab aliis oc
cultent. Operimentum auersi deferunt. quia
iudicantes factum et uenerantes magisterium.
nolunt uideri quod tegunt.

IN LIB XXVI

Dum de simulatorum calliditatibus diceretur: ad
iunctum est. Omnis iniquus. qui cum iniquus
sit. scs uideri appetit. in flagelli percussione de
prehensus. fateri quod iniquus sit non erubescit.
Qui uero iniqua agens. humana de se iudicia sub
specie sanctitatis intercipit. etiam cum fla
gello percutitur iniquum se prodere refu
git. quia scs uideri consueuit. Siquando au
tem grauiter coartatur. iniquum se uix su
perficietenus confitetur. quia interna sua
detegere ueraci confessione confunditur.
Quia ergo simulatores quique etiam cum percus
sionis flagello corripiuntur. ad confessionem
simplicem non perducuntur. cognosci pecca
tores refugiunt. quia scī omnium opinione
ferebantur. Quamuis eos ad extremum iam
flagella feriant. Quamuis duci se ad aeterna
supplicia non ignorent. Tales tamen cupi
unt apud humana iudicia remanere. quales
studuerant semper ostendere.

IN EODEM

Dum de modo iudicii tractaretur. adiunctum ē.
Omnis per quem necesse est aliena uitia corrigi. se
metipsum prius debet sollerter intueri. ne dū

aliorum culpas ulciscitur. ipse ulciscendi furore su
peretur. Plerumque enim mentem. sub optentu
iustitiae irae inmanitas uastat. Et dum quasi
saeuit zelo rectitudinis. rabiem explet furoris.
Iusteque facere aestimat. quicquid ira nequiter
dictat. Unde et modum saepe ulciscendi trans
greditur. quia mensura iustitiae non frena
tur. Dignum quippe est. ut cum aliena corri
gimus. prius nostra metiamur. Ut prius
mens a sua actione deferueat. prius intra se
metipsam zeli sui impetum tranquilla aequi
tate componat. Ne si ad animaduertenda
uitia. abrupto furore trahimur. peccata cor
rigendo peccemur. Et qui culpam diiudican
do insequimur. immoderate feriendo facia
mur. Non autem iam correctio delinquentis
sed magis oppressio sequitur. si in ultione ira
ultra quam culpa meretur extenditur. In cor
reptione quippe uitiorum. subesse menti debet
iracundia non praeesse. Ut executionem iusti
tiae non dominando praeueniat. sed famulando
subsequatur. et modum iudicii possessa imple
at non praecurrat.

FORTUNATIANI NOVELLI LIB. I. INCIP

Quisquis rhetorico festinat tramite doctus
Ad causas legesque trahi bene perlegat artis
hoc opus & notum faciat per compita callē;


tio & defessis hoc greci quid uocant ΔΙΚΑΝΙΚΟΝ dicanicon

Fortunatiani Mar/cellini libr. ... 29 ... iudic.


16

Restat Cor...

Quid est rhetorica? bene dicendi scientia; quid est orator? uir bonus dicendi peritus; Quod est oratoris officium? bene dicere in ciuilibus quaestionibus; Quis finis? persuadere quatenus rerum & personarum condicio patiatur in ciuilibus quaestionibus; Quae sunt ciuiles quaestiones? quae in communem animi conceptionem possunt cadere. Id est quas unusquisque potest intellegere; aut quaeritur de aequo & bono.



Genera ciuilium quaestionum quot sunt? tria. demonstratiuum, deliberatiuum, iudiciale; haec ab aliis quae appellantur? genera dicendi; Quod est demonstratiuum genus? cum aliquid demonstramus, in quo est laus & uituperatio; hoc greci quid uocant? ΕΠΙΔΕΙΚΤΙΚΟΝ epidicticon uel ΕΝΚΩΜΙΑΣΤΙΚΩΝ encomiasticon; Quod est deliberatiuum? in quo est suasio & dissuasio; hoc greci quid uocant? ΣΥΜΒΟΥΛΕΥΤΙΚΟΝ; Quod est iudiciale? in quo est accusa-



Partes oratoris offici quot sunt? quinque. dispositio, eloquutio, memoria, pronuntiatio; haec a grecis quid uocantur? ΕΡΓΑ ΤΟΥ ΡΗΤΟΡΟΣ erga tu rhetoros; Proposita controuersia quid primum considerabimus? an consistat; hoc quo modo inuenimus? ex intentione & depulsione; quid est intentio? quod prima pars proponit, quae facit litem; Id greci quid uocant? ΚΑΤΑΦΑΣΙΝ; Quid est depulsio? quod secunda pars respondet; Id greci quid uocant? apofasin; Catafasis unde firmatur? ex aetio; Quid est aetion? causa ... litis propter quod reus in iudicium deuocatur; Apofasis unde firmatur? omnis defensio; ex aetio & synechonte quid nascitur? crinomenon; quid est crinomenon? id de quo iudicandum est, quae materiae principaliter non consistit; Quae aut depulsionem non habent aut quae inpudentem aut turpem habent intentionem; haec a grecis quae appellantur? asystata; asystata quot modis fiunt? secundum Hermagoram quattuor. Cum est aut ellipusa aut icazoyca aut monomeres aut aporos; Quae est ellipusa? Cum aliquid deest ex circumstantiis quod faciat quaestionem. Ut si aliquis abdicatur, nec abdicationis ulla sit

inuentio

Ex synechonte. Quid est synechon? ...

causa; Nam si ponamus quod luxoriosus sit. uel quod amicos non habeat. aut aliquid huiuscemodi materia consistit; ellipusa quib; aliis nominibus nuncupatur. & catellipes & catamonion. & katappepicnacin. Quae est isazusa: cum eadem ex utraque parte dicuntur. et nihil proprium est partis alterius. Ut duo adulescentes uicini. speciosas uxores habebant. nocte inuicem se conuenerunt. accusantur adulterii; Quicquid enim altera pars dixerit. eadem & altera dictura est; Isazusan quibus aliis nominibus uocant. & cisomeren & kataicohuta. Monomeres quae est: Cum ex prima parte tantum constat. Nec quicquam ex secunda adferri potest. Ut sunt loci communes; Da exemplum. Leno qua parte uenturos ad se adulescentes sciebat. Nocte foueam fecit occultam. ea iuuenes perierunt. accusatur quod causas mortis praestiterit. hic enim lenonis nulla defensio est; Monomeres quidam id appellatur. & eponomeres & kata & enimenan; Quae est aporos: cum iudex non inuenit quam sententiam dicat; Tres simul iter agebant. Duo soli reuersi sunt. Accusant se inuicem caedis; hic enim iudex non inuenit quid sequatur. Cum uterque ab altero dicat occisum. & nihil ab utroque ad probationem possit adferri. Deficiente circumstantia; haec sole sunt asystatarum species. Sunt & aliae. quas apud uarios artium scriptores inuenimus; quae sunt, antistrefusa. Achromos. adinatos. apithanos. aprepes. anescyntos. paristorian. alogos;

Quae est antistrefusa: cum actionem suam conuertunt litigantes. & in eũ [illegible] sententiam a se ad aduersarium sui; Da exemplum. Repetebat ab amico suo pecuniam cõmissam quasi creditam. ille offerebat sine usuris. tã quam depositam; Inter moras iudicii lex relata est de nouis tabulis; Repetit ille pecuniam tam quam depositam. retinet ille quasi creditam; Quae est achromos: cum color facti non inuenitur. Ut decem milites belli tempore pollices sibi amputauerunt. Rei sunt laesae reip; Quo differt monomeres ab achromo: quod monomeres hominibus deficit. achromos in solo colore; Quae est adinatos: cum in themate ponitur quod sit contrarium naturae fidem. ut si infans accusetur adulterii: quod cum uxore cubarit aliena; Quae est apithanos: Cum id inuenimus in themate quod minus uerisimile sit. ut cum oculos caecire cuperasse dicuntur. uel cum obsessi aliquo missi relegatos; Quae materiae tamen solent recipi; Cum ita quoniam quamuis minus uerisimile sit oculos recuperare caeci non tamen possumus credere diuina potestate alicui aliquando hoc esse concessum. & obsessus aliquo missi relegatos. Vel captato obsidentium somno. uel per eam partem ciuitatis quam neglegentius obsederunt hostes; huiusmodi materias quidam uocamus. cacosystatas; Quae sunt cacosystatae: quae non omnino firmiter consistunt; Quod sunt autem in his generalia. Nam alio sunt cacosystatae quae non omnino firmiter consistunt. Aliaeque nec controuersiae quidem dici debeant. sed plasmata hirrationabilia id est aloga; Quae est atrinric: Cum aliquid personae incongruens inuenitur. Ut uir fortis praemium accipiat. Quidam fortiter fecit. & in praemii nomine nuptias filiae suae; Quae est anaeschyntos: Cum prima pars inpudens inuenitur. Ut luxoriosus pater abdicat filium frugi. Ita tamen si uere abdicet. Nam si ut se purget. poterit consilio materia.

Quae aliae asystatae quae in totum non consistunt.

x Alygcomoa

consistere quoniam actio ... one deficiat;
Unde intellegere debemus esse quasdam
controuersias. quae possint consilio consis
tere. cum ipsa actione deficiant. Quod differt
monomeres ab anaeschyntoe. quia monomeres
ex secunda deficit parte. anaeschyntoe ex
prima; quae est paristosin. quando id in con
trouersia inuenimus. quod sit contra histo
riae fidem. Ut uerus est. que ... hortensius quod
in consulatu suo supplicium de indemnatis
ciuibus sumpserit. Cum sciamus non hortensium
fuisse sed tullium; Hic modus in persona tantum
inuenitur. Immo in omnibus circumstantiis et
in re et in tempore et in loco et in causa et in ido
neo et in materia. Si aliquid ex his falsum po
natur quam in historiis inuenimus; Quae alo
gos. quae sine ratione componuntur; Quamuis
omnia asystata alogos dici possit. si quidem
nusquam in his ratio inueniri potest. Cum cogno
uerimus materiam consistere quid primo quae
ramus; ductum. Quid est ductus. quomodo tota
causa agenda sit. Quid inter est inter ductum
et modum. ductus est totius orationis. Modus uero
pars alicuius in oratione; Ductus quot
sunt. quinque. simplex. subtilis. figuratus.
Obliquus. mixtus. simplex qui est. cum simpli
citer id agimus. ita ut in themate positum est;
Subtilis qui est. cum aliud est in themate.
aliud in agentis uoluntate; Figuratus qui
est. cum ... palam dicere pudor impedit;
Obliquus qui est. cum periculum prohibet
aperte agere; Mixtus qui est. quando non
unus est ductus; Ductum unde inuenimus;
ex consilio quomodo. Si uerum fuerit consili
um simplex erit ductus. Si non uerum consi
lium tunc non erit simplex ductus. Sed aut
subtilis si aliud fuerit in themate aliud in uo
luntate agentis. Aut figuratus. si pudor im
pediat palam dicere. aut obliquus. si periculum
prohibeat aperte agere. aut mixtus si non
unus fuerit ductus; Consilium unde inue
nimus. Ex tempore. Quomodo. si praeteri
tum fuerit tempus uerum erit consilium.
si praesens fuerit tempus uel futurum non


erit uerum consilium; Ipsum tempus
quomodo inuenimus. ex causatiuo litis; Exem
plis doce quomodo singuli ductus inueniuntur;
Inuentus est iuxta cadauer recens homi
nis occisi siferous taedis; Causatiuum litis est
quod inuenitur. quod est praeteriti temporis. et ideo
uerum est consilium. atque per hoc simplex est
ductus; Subtilis ductus quomodo inue
nitur. amicos non habet. abdicatur; Causa
tiuum litis est quod amicos non habet. quod est praesen
tis temporis. et ideo non est uerum consilium.
Atque per hoc nec simplex ductus; Qui ergo
erit ductus subtilis. quoniam aliud est in themate.
aliud in agentis uoluntate; Nam quod est
in themate. abdicat filium; Non uero ab
dicat. sed titulo abdicationis suadet ut ami
cos habeat. Figuratus quomodo inuenitur.
adulteros liceat occidere; Infamis fuit
in nurum. inuenit filius adulterum obuoluto ca
pite. nec eum occidit; Interrogatus a patre
qui fuit adulter cui pepercerit. non dicit. et ab
dicatur; Causatiuum litis est. quod filius non dicit
quod est praesentis. et ideo non est uerum consilium.
Atque per hoc nec simplex ductus; Qui ergo
erit figuratus. quoniam pudore deterretur filius
patri palam dicere. tu adulter fuisti. Obliquus
quomodo inuenitur. Tyrannus deposuit
dominationem sub pacto abolitionis. uult
petere magistratum. contradicitur; Causati
uum litis est quod petit magistratum. quod est prae
sentis temporis uel futuri. Et ideo non est uerum
consilium. Atque per hoc nec simplex ductus; Qui ergo
erit obliquus. quoniam periculo prohibetur qui contra
dicit apertem mentionem facere tyrannidis;
Mixtus quomodo inuenitur. qui infamis fuit
in nurum. arcem occupauit. Vocauit ad
se filium et eum interrogauit an rumori crederet.
Negauit se credere; Deposuit pater domina
tionem sub pacto abolitionis. filius repudi
auit uxorem. Interrogat pater causas re
pudii. non dicit. et abdicatur; Causatiuum
litis est. quod filius non dicit causas repu
dii quod est praesentis temporis. et ideo
non est uerum consilium atque per hoc nec simplex

ductus. Qui ergo erit mixtus, id est et figura
tus et obliquus, quando pudore deterret et turpe est
palam dicere: tu adulter fuisti; et ideo repu
diavi uxorem; et obliquus quando periculo prohibe
tur aperte mentionem facere tyrannidis.
Hos omnes ductus plerique [uno] quo nomine uo
cant figuratos. Nos ergo quare nominibus
separamus? quoniam singuli ductus diversa
et vi et ratione consistunt. Nec debent
uno nomine nuncupari quorum et vis et ratio
non una est. Quid inter est inter obliquum
ductum et figuratum? quod figuratus
tunc est cum pudor impedit palam dice
re; obliquus cum periculum prohibet aperte
agere. Item quod figuratus in con
iectura est, obliquus in qualitate. Quid
est istud? cum in infamia est aliquis, incerta
res est; aut cum deposita dominatio est,
constat tyrannum fuisse, quod est manifeste
qualitatis. Ductus idem semper est utriusque
partis? Nam quid ita? quoniam ductus ex consili
o nascitur. Consilium autem non omnium semper
est unum. Nec utraque pars semper est eiusdem
voluntatis. Quod si cum erit, hoc est si unum
consilium utriusque partis invenire mus,
erit unus et ductus, sicut plerumque in
foro fieri solet, cum ex conpacto agunt; quod
cum diversum consilium fuerit utriusque
partis, erit diversus et ductus. Quid modus et
scopus? similiter ut ductus. non, quoniam modus
est ductus partis orationis, scopus autem
id quod omnis efficit ductus. Consilium a duc
tu quid differt? quod consilium voluntas est,
ductus ipsius orationis est. Item quod ductus
ex consilio nascitur, non consilium ex ductu.
Reperto ductu quid primo considerabimus?
Genus controversiae. Quot ea sunt? septem.
quae? simplex rationale, conparati
vum rationale, conparativum legale,
mixtum. quod est simplex rationale? cum res
una vel factum simpliciter tractatur.
Ut: inventus est iuxta cadaver recens
hominis occisi gladium cruentum te
nens; reus est caedis. Quod simplex


legale? Cum lex una facit quaestionem.
Ut peregrinus murum ne ascendat; pere
grinus murum ascendit et hostem propulsavit,
petitur ad poenam. Coniunctum rationale
quot modis fit? Duobus: rebus et causativis.
Rebus quemadmodum? cum multa quaeque
runtur, ut si aliquis accusetur et adulte
rii et sacrilegii. Coniunctum causativum
quemadmodum fit? Ut cum multae res quae
runtur et multis causis adprobatur, ut luxu
riosus adulescens iuravit se uxorem non
esse ducturum et abdicatur; hic enim una
quaestio est, an abdicandus sit; sed cau
sativis coniuncta est, et quod luxuriosus fuerit
et quod iuraverit se uxorem non esse ducturum.
Coniunctum legale quemadmodum fit? ad
missum: ut peregrinus murum ne ascen
dat et nocte nemini liceat esse cum te
lo. Peregrinus murum cum nocte as
cendit et hostem propulsavit, petitur
ad poenam; hic enim contra duas leges
fecisse dicitur: et quod peregrinus murum
ascenderit et quod nocte cum telo fuerit.
Quod est genus conparativum rationale? cum
aut personae aut res conparantur. Perso
nae quemadmodum? Ut quis plus rei publicae
profuerit, petat praemium; contendunt me
dicus et orator. Hic enim quaeritur
qui melior sit, utrum medicus an orator.
Res quemadmodum? ut qui plus rei publicae
praestiterit, petat praemium. Alter hos
tes ab obsidione repulit, alter hostium
civitatem caepit; contendunt de pre
mio; hic enim facta eorum et res con
parantur, ut quaeratur quid plus sit, hos
tes repellere ab obsidione an hostium
civitatem capere. Conparativum
legale quemadmodum fit? cum leges
conparantur. Ut qui auxilium
parentibus non tulerit, capite plecta
tur; et mas templum qui intraverit si
ingressus fuerit, capite puniatur.
In templo [p]rogressus matri auxilium
filius tulit, petitur ad poenam.
... cum quaerit an contra plures leges sit

hic enim quaeritur per comparationem
secundum quam legem filius facere debu
erit; mixtum quemadmodum fit, quando
non ex uno genere materia composita est.
id est cum et simplex est genus et comparatiuum
aut cum et rationale et legale; simplex et com
paratiuum quemadmodum fit. Ut quidam pro
ditionis accusabatur. Ex filiis eius alter forti
ter fecit, alter deseruit; Petit pater de uiro forte ut
abolitionem iudicii peteret. Ille in odium tanti
desertoris fratris optauit. et reo adfuit patri.
Absolutus pater abdicat filium; hic enim et
simpliciter quaeritur an contra uoluntatem
patris per praemium ei licuerit petere; et per compa
rationem, quid magis debuerit optare;
mixtum ex rationali et legali quemadmodum
fit. ut qui proditionis damnati fuerint, magis
tratui detur custodiendus. et tricensima die
torqueatur. ut conscios dicat. et adulte
ros liceat occidere; proditionis damnatus
magistratui collegae suo datus est custodien
dus. Ille eum in adulterio deprehensum occidit.
Reus est conscientiae; hic enim et rationale est
genus. In quo quaeritur, an hic conscius fue
rit, an ille adulter. et legale in quo quae
ritur, an eum illi licuerit occidere qui
torqueri debuerat, ut conscios diceret;
haec genera controuersiarum quaerimus
ut iam formam et faciem statuum uide
amus. et imaginem diuisionis; haec genera
ubi inuenimus? ΕΝ ΤΩ ΚΡΙΝΟΜΕΝΩ; post
haec genera controuersiarum, quid de his de
considerabimus? Aliud quoque genus quod
appellamus publicum siue commune;
quot istarum? quinque; ethicum, patheticum,
apodicticum, diaporeticum, mixtum; qua
re non illis uii superioribus iunguntur?
quoniam illa septem ad imaginem statuum perti
nent. haec uero formae eloquutionis quae
re publica appellant siue communia.
quoniam quodcumque fuerit ex illis superiori
bus septem, necesse est ut ex his quinque
aliquid in se habeat; quod est ethicum
genus? in quo moralitas quaedam, id est

ubi mores hominum considerantur, ut sunt
comoediae; Da exemplum; meretrix
ex tribus amatoribus, alii osculata est, alio
ri si duum poculum dedit, alium coronauit; Con
tendunt, quem magis diligat; Quod est pa
theticum genus? in quo motus est animi et
uis quaedam et impetus mentis, ut sunt tra
goediae; Da exemplum; indemnatos liberos
liceat occidere; Tres filios lege indemnatos
in conspectu matris occidit. Mater eodem
gladio se interemit. Reus est quod causas
mortis praestiterit; Quod apodicticum? in quo
pugna quaestionum est; Da exemplum; peregre
proficiscens reliquit apud amicum certam
frumenti mensuram. Ille bis fame ciuitatis du plo
pretio frumentum uendidit. Reuer
sus amicus contendit de lucro; Quod est
diaporeticum? in quo ad dubitatio est.
nec quicquam certi adfertur. Ut cum
duo fratres dissidentes armis conten
derent. Pater inter eos situs uulneratus est
incertum. a quo quaeruntur filii, a quo sit
uulneratus. Non dicentem accusant
dementiae; quod est mixtum? Quod
non ex uno genere compositum est.
Ut haec ipsa est materia patris uul
nerati; Nam et pathetica est in
fratrum congressione. et ΔΙΑ
ΠΟΡΕΤΙΚΟΝ ad dubitatione patris;
haec genera propter quid conside
ramus? propter modum actionis.
et genus elocutionis, ubi ea inuenimus?
In personis et rebus; Nam si persona
et res miseranda sit, erit ethicon.
Si indigna atrox, patheticon. Si argu
mentis adprobanda, apodicticon. Si
non proferenda sed cum summa dubita
tione secum, diaporeticon; Repertis genera
ribus controuersiarum, quid deinde quae
ritur? Status; Quid est status? qui consistit
controuersia; Quomodo una cogitati
one et uersimus inuenimus? quo
niam haec consistunt quae ha
bent statum;



Quod sunt genera statuum? duo rationale et legale; quid inter est inter rationales status et legales? quod rationales sunt in quibus vel facti habent questionem. legales autem legis et iuris continent disceptationem;




Rationales status quod sunt? secundum Hermagoran quattuor: coniectura, finis, qualitas et translatio, sed translationem tantum legalem accipimus; cur? ita quoniam nulla translatio id est praescriptio potest esse sine lege; Coniecturalis status quis est? cum id quod ab alio obicitur ab adversario pernegatur;



inimicum existimandum. Cui s̄ alii loci a qualitate ut si
iracunde fecit. sine ratione fecit. & a quantitate ut
si eius eodē modo factum sit. & a cōmunitis id ē ΑΠΟ ΤΩΝ
ΠΟCΩΝ ΚΑΙ CΥΝΕΘΕΤΩΝ ut fasces lictores
toga praetexta sella curulis imperia summae
magistratum ornant tās. Item a partitione
id est ΑΠΟ ΤΗC ΔΙΑΙΡΕCΕΩC personae
circumstantiae cum partimur aut personas aut
tempora aut cetera in omnib; locis accusator
tantum utitur utique & reus. In coniectura
li tantum modo statu in omnib; quae
ΚΑΤΑ ΛΟΓΟΝ. In his argumentorum locis obser
uabimus ut uarie his utamur in singulis
statib;. Inartificialia argumenta in quas
partes diuiduntur. In s̄ iudicia in rumo
res. in tormenta. in tabulas in ius iurandum

in testes. Haec quemadmodum tractabimus. quemadmo
dum & artificialia tractantur quoniam ex his locis omnia
aut probantur in argumentis quae cauenda s̄. ne in ali
quam partem nobis noceant. ne in ore discrepent. ne
uulgaria sint ne cum aduersario communia ne a longe pe
tita. aut supra dignitatem causae. aut infra digni
tatem. Ab aduersario opposita argumenta quem
admodum reprehendimus. Aut redarguendo. cum
aut totum aut partem eius contra facere monstra
bimus. Aut repugnando cum docemus falsa sumta esse
prouerit. uel si ex his quae sumpta s̄ non efficiatur eius
modi conclusionem docemus. Aut cum pensan
do fatemur ad quirentium quod aduer
sum nos ē aliud ꝑponamus. Species quaestio
num quot s̄. octo. generalis. specialis. incidens uel i. principalis
luminaria quam pro hegumenon uocamus necces
saria quam ananceam dicimus. Accidens erratica
siue thetica. Omnis quaestio qualis ē. aut pro
hegumenos quae a nobis inducitur ut confirmet.
aut ananticea quae aduersarius refellatur.
Nostrae quaestiones quot modis principalibus
inducuntur duobus. aut singulae separatim
aut plures coniunctim. In quaestionibus inducendis
quid obseruandum ē ut eas uarie inducamus. aut
p simplicem ꝑ positionem. aut ꝑ praeparationē
aut per figuras dianoeas qui locus multiformis
est. Nam paene tot s̄ occasiones inducendae
quaestionis in hoc genere; Quot sint sunt figurę
sententiarum. aut per solutionem id est ΚΑΤΑ
ΑΝΑΛΥCΙΝ. aut per adiectionem: aut ꝑ prae
teritionem. aut ꝑ concessionem. aut ꝑ se iunc
tionem id est a foris. ΜΟΝ. aut per admoniti
onem aut ꝑ dissimulatam propositionem
aut ꝑ paratam. aut ꝑ similitudinem superioris
quaestionis. super similitudinem. superioris
responsionis. aut per inuersionem. id est cum
primo eam quaestionem tractamus. quae
secunda est dehinc primam. Quibus modis
hypophoras inducimus isdem ferme quibus et anti
prohegumena. Non s̄ alii modi in antypopho
ris inducendis sunt. Aut cum obscure ponitur.
aut cum aduersarius aliquid agendi causa po
tius dixit. ※ facimus nostrae propositio
nis aut cum aduersarii propositionem in nostra
※ quam probandi uitam ꝑ hypophoran gradum

partem con[...]uertimus, quam epistrophen uocamus.
Aut cum secunda proposita quaestione primam tractamus. Hoc quando facimus uel cum elegantia uarietatis id efficiamus uel cum prima quaestio contrariorum ualde facit. Et non est in primo loco ponenda.
Hypophoras semper inducimus? Non semper. Nam elegans ratio est eam aliquando dissimulare, acta meditata respondere, quasi eam non subtraxerimus.
Possumus post responsionem hypophoran inducere? Possumus, quando in udiora propositio est et fortior responsio, ut in diuinatione Verrinarum.
In hypophoris quae cauenda sunt? Ne plenae et copiosae ponantur. Quod tamen aliquando facimus duobus ex causis: aut inridendi aduersarii gratia, si hoc augeat de quo nulla quaestio est, ut pro Cornelio maiestatis; aut si discrepans aliquid ostendamus, ut de rege Alexandrino.
Quot modis inminuimus hypophoras? Tribus: adiectione uerborum, inmutatione, detractione.
Quid differt hypophora ab antiphora? Hypophora est intentio aduersae partis, antiphora responsio est.
Quid est argumentatio? Oratio ipsa qua exequimur argumentum quod probamus.
Quot sunt genera argumentationum? Duo: per inductionem, quam Graeci ἐπαγωγήν uocant, et per ratiocinationem, quam enthymema appellant.
Quid est inductio? Oratio quae rebus non dubiis capiat adsensiones eius cum quo instituta est.
In hoc genere quid obseruandum est? Ut illud quod inducimus per similitudinem eiusmodi sit, ut ab aduersario necessse sit concedi, et ne intellegat quo spectent illae primae inductiones. Cur ita? Quoniam aut inductioni nostrae non respondebit, aut male respondendo longius procedere interrogationem sinet. Et tamen hoc extremum est, ut aut taceat aut concedat aut neget. Si negauit, quid faciemus? Ostendenda similitudo est earum quae ante concesserit. Quid si concedet? Concludenda argumentatio est. Quid si tacebit? Aut elicienda responsio est, aut quoniam taciturnitas imitatur confessionem, pro eo ac si concesserit sit concludendum.
Quid ratiocinatio? Quo aliquid adprobamus. Hoc Graeci quid uocant? Enthymema.
Quid differt a te syllogismus philosophorum et enthymema rhetorum? Item syllogismus
bationem enthymema ex proximo. Item
quod syllogismus plenus est omnibus partibus probationis, enthymema non omnibus. Quae sunt partes probationis? Propositio, exequutio eius, conclusio.
Quid est epichirema? Exequutio siue adprobatio propositionis aut adsumptionis. In epichiremate possumus inducere locos communes et exempla et prosopopoeias possumus. Est enim epichirema latior exequutio.
Quot sunt genera enthymematum? V: elenctikon, paradigmatikon, syllogistikon. Postuna est argumentatio duobus enthymematum generibus fieri potest.
In epagoge enthymemate quid obseruandum est? Ut uarie his utamur, et ea commisceamus, ita tamen ut enthymematibus frequentius utamur.
Quid in ipsis enthymematibus obseruandum est? Ut his uarie utamur, tum elencticis, tum deicticis, et celeris, pro qualitate generum dicendi et causarum et statuum et personarum, tam generum quam iudicum.
Exergasia, id est elocutio enthymematum, qualis esse debet? Uaria. Nec semper breuis, quam brachy enthymema uocamus, id est correptum; nec semper plata, quam praeterea enthymema dicimus, id est longum.
In omni argumentatione, id est in omnibus quaestionibus, quid obseruandum est? Non tantum ut uarie eas inducamus, uerum et inuicem sibi omnes cohereant et sint concatenatae. Ne inmutila et concisa uideatur oratio.
Nouissima quaestio qualis esse debet? Quae aut det certum nobis subtilem faciat ad epilogos, aut quae ipsa sit epilogica.
Epilogica quaestio semper communis est utriusque partis? Non, quoniam ad effectum magis spectat quam ad pugnam, et non eundem iudicis adfectum semper pars utraque desiderat.
Et hypexaereses induximus a quibusdam additas inter partes orationis. Quae ista est? Cum aliquid in actione subtrahimus, quod tunc faciemus nonnumquam cum contrariae nobis res gestae fuerint, quas aduersarius proponit. Cetera uerum tamen refutanda erunt, sed cum illa nobis periculosum est, quod nec aduersarius proponet uel ignorantia uel periculo communi cum subtrahimus. Ne nos mouere debet si tacere quam nec aduersarius opponit, nec iudices sciunt. Ut in illa materia

in qua noverca a piratis redempta est quae duplam vis pecuniam obtulerit ut privignum crucifigerent. hic enim filius debet in actione suborabere quod noverca duplam pecuniam obtulit et quod a piratis redempta est ne a patre redimatur. neque id amendum est praeterea. cum pater non properat quod ignorat. anacefaleosis pars est orationis. immo pars epilogorum. quot partes epilogorum tres. enumeratio id est anacephaleosis. indignatio id est deinosis. miseratio id est ecetus. sive eleos. in anacefaleosi quid observabimus ut etiam variae inducamus. quando ea utemur. quando vel partitionem fecimus. aut quando in multas quaestiones causa processit. in hac quidem observandum est ut summa quaeque perstringamus et iam non partes partium retexamus. hac possumus uti et in alia parte orationis possumus. ubicumque iudicis memoria redintegranda est. quod epimerismon vocamus. indignatio id est dinosis unde sumitur. ex locis argumentorum. Nam his non tantum probamus. verum etiam augemus. Conquaestio id est miseratio quibus modis sumitur. quibus et indignatio e locis argumentorum. Peroratione in fine tantum orationis utemur. immo ubicumque materia permisit et plerumque in digressione principiorum aut narrationis. Sed et quaestionum nonnumquam quicquid catholu in epilogis servandum est. ut brevissime. quoniam commotus iudex statim dimittendus est ad sententiam ferendam. dum adversario irascitur et cum in nostram misericordiam provocatus est lacrimis et iam commotus statim debet ferre sententiam dum pro nobis movetur. SCOLICA

ENCHIRIADIS LIB. II FORTUNATIANI NOVELLI EXPL. ARS C̄SULTI RHETHORICA INCIP. LIB. III.

De dispositione. Quot sunt generales modi dispositionis. duo. qui. naturalis. id est utilitatis et artificialis. Quando naturalem ordinem sequimur. si nihil nobis obstet in causa. quid si aliquid occurrerit necessitate utilitatis ordinem inmutabimus naturalem et quid sequemur artificialem. quot modis naturalis ordinis. octo. qui. temporis orationis. pro tempora pro incrementa. pro status. pro scriptorum partes

atque verba per confirmationis ac reprehensionis discrimen. per generales et speciales quaestiones per principales et incidentes. Prima quaestio semper eadem ex utraque parte tractatur. non semper. Nonnumquam enim quam quaestionem primo loco tractat adversa pars. eandem altera novissimo loco ponit. Cum hoc utrumque expedit causae. Aliud enim aliud docere prius expedit. Alioquin semper petitoris aut accusatoris arbitrio dicetur. Qui rerum gestarum ordo est. celsus tradit. primo firmum aliquid esse ponendum. novissimum esse locum firmissimum. inbecilliora in medio collocanda. scilicet quia et initio movendus est iudex. et novissimo inpellendus. P rteo non plerumque gravissimum. quidque primo movendum est. ut quae ne illum expectans iudex. reliquae defensioni sit adversus. hoc est aliquando mutari potest. si levia illa palam falsa erunt graviorum defensio difficilior. ut deprecata prius accusatoribus fide. idem cum ea quam levia obiecta fuerint refutaremus. Adgrediamur ad ultimum crimen. Iam iudicibus omnia infirma esse credentibus. hic quid faciemus. Praeparatione utimur quae et ratio redditur dilati criminis. et defensio promittitur. et quod non statim diluerimus timere videamur. Concatenatio criminum cuius est. accusatoris. Quid separatio. defensoris. Elocutio quibus partibus constat. quantitate verborum et structurae qualitate. In verbis quid observabimus. ut copia abundemus. Copia quomodo gignitur. legendo. dicendo. novando. exercendo. In lectione quid observabimus. ut varios auctores variarum materiarum legamus. In dicendo quid observabimus ut aperte multa discamus. quae sint aut propria aut comparatorum. aut agrestium vel studiorum. aut nauticae rusticae rei. et iure civili. Tertius modus quis est. ut novemus verba. quae tamen parcius debemus attingere. Nam et egre novum verbum facere possis levitatio decorum. et fere aspernantur homines quae non recognoscunt. Ut perfectissimus dixit. verbis utendum est ut nummis publica nota signatis. Verba quibus modis novantur. primo graeca transferimus ut nova ex his latina confingamus. Dehinc per declinationem;

ut Cicero ferat solivagas aut; & per derivationem nova-
re possumus, ut ab autumno Cato ait autumnitatem
& a perpetiendo Cicero perpessionem. Exercitatio
verbis quid praestat quod non quidem generat ver-
ba sed aliter acuit; Quae igitur summa est exerci-
tationis, id est quod partibus constat quattuor qui-
bus, aut graeca in latinum convertas aut difficilia scri-
bas, METAPHRASIN facias, ut de tempore assidue di-
cas. Ab eo de verborum copia bonitas quemadmodum
comparatur, ut mala vitemus & optima adsuma-
mus; Quae sunt mala: vulgaria, obsoleta, aliena,
gentilia, obscura. Splendida: antiqua, propria,
translata. Vulgaria ergo quae sunt, quibus
utitur vulgus, id est indocti sine ratione atque
lectione. Nam sunt quaedam verba quae quamv-
is obsoleta sint, & illis melius expediatur o-
ratio. Ut Marcus Tullius & sertacum [?] & ficem & sca-
las dicere non [illegible];
Aliena verba quae sunt
quae non sunt oratori accommodata sed histori-
co aut poetae, ut si genitorem & genitricem di-
cam, gnatum dicamus & pastorem [?] & altricem; Gen-
tilia verba quae sunt quae propria sunt quarundam
gentium. Sicut Hispani non cubitum vocant
sed graeco nomine anconem & Galli facundos pfa-
cetos [?]; & Romani vernacula plurima & neu-
tris masculino genere potius enuntiare
ut hunc theatrum & hunc prodigium; Ob-
scura quae sunt quae nimis prisca sunt & a paucis
eruditissimis intelleguntur; Quae sunt verba
splendida quae natura suavitatis sunt quae
copulata facilius claritatem suam ostendunt,
ut quadriremgem quam in solo fluctuantem re-
liquit; haec magnificentia atque magnitudi-
nibus locis accommodata est, non omnibus. Cum sint
quaedam partes causae propositae quae verba
humilia desiderent, ut Dolabella in scalis tenebro-
sis [illegible]; Nam aliquando res parvae & humi-
libus verbis iudicium suum proferunt, ut mul-
tos cives romanos virgis concidit. & pro
Cluentio postea [illegible] mortuus & postridi-
e antequam lucesceret combustus est, non
concrematus; Verba semper longiora esse debent
non utique semper. Nam aliquando & brevi-
a sunt & splendida non longioribus verbis decora-

& latior fit oratio. Verum sed non semper id adfec-
tandum est; Verba frequentius ponenda sunt longio-
ra in fine elocutionis, ut ipsissime causa campus poe-
ne docuit. Leontinus quidquid cum sententia conque-
mur verbis brevioribus finiemus, ut quod in tempo-
re malis fuit obsit. & quod in causa bonis fuit profuit.
Habeo de communibus verbis in singulis quae ob-
servabo. Ut naturam eorum consideret. Sunt enim
quaedam sono litterarum [illegible] ut levia aut gra-
via aut splendida & plena. Alia sunt contra dura,
levia, sordida, exilia. De quibus facilius auribus
iudicari quam oratione tradi potest. A
quali syllaba magis incipiendum est. A lon-
ga. Nam [illegible] plures breves & plu-
ra monosyllaba. Quid hic aliud observabimus
quae verba magis [illegible] sunt ea potius elo-
cem quae Lucilius eufima appellat; Id est quasi voca-
lia, ut pro Coelio aliud [illegible] lumine, aliud lycho-
rum cum potuisset & [illegible] dicere aliud
lucernarum. Antiqua verba quae maxime ad-
fectabo quae non ad eos abolita ut sunt in [illegible]
saliaria carmina, nam haec supra docui esse vi-
tanda. Propter obscuritatem propria verba quae
partes orationis magis desiderent principia
& narrationes; Quid graves ornateque senten-
tiae & sublimes orationis loci. Nam plerumque
propriis verbis pulchre & graviter explicantur
vero qualia sunt: vehebantur in esseda [illegible] lic-
tores laureati antecedebant & cetera. In elocutione
proprietas [illegible] verborum captanda est ad signi-
ficationis [illegible] dicam dicat.
F. lumine praecinctum vestem virginem captam
translatione verborum quot ex causis utimur
quattuor quibus: Necessitatis, decoris, bre-
vitatis, [illegible] & aliam illam habet translationes
ponimus quae non verbis sed nominibus trans-
latis immutantur. Verum cum ait Catul-
lus Pulchellum Iasonem appellat; & Cicero
Clodiam Palatinam Medeam. In translatio-
ne quid observandum est ut non longe sumatur.
Si quando liberius verbum aliquid transferemus, ne
omnino praeceps abruptumque videatur, quemad-
modum id ponemus aliqua verecundiore ad-
miniculo fulciemus, ut inferam paene aut quodammodo.

bona quae sunt
quae ad petenda [?] & dicis

aut propedixerim. aut ausim dicere. & alia talia.
Quid aliud obseruabimus ut obscuritatem
at in uel ratio
num. Certe qua auditor p̄pria intellegit de tran-
latis suspicatur. Simul & tam latia uerba si in
frequentius positum fuerit. & excitatius dices insig-
nius factum ac notabile. quae alia in elocutione
obseruandas. ut uerba sint latina. aposita. orna-
ta. Latina quemadmodū duplici modo tā singu-
la quā copulata. In singulis quid obseruabim
ne sine ratione sint posita eorum quae gramma-
ticis in primo aeta traduntur. aut sine auc-
toritate. quid in copulatis ne in frequenti. ac p
turbate p̄ferantur uel generib; uel casib; ut pro
nis. aperta quemadmodum erit elocutio. si
utamur uerbis p̄prius usitatis sicut in numis
uodixi publica mon& a signatis. Item si absti-
neamus ambiguitatem frequentia translati
onum alte p&itus translationibus uel longis
tractis. uel nimis conpositis. & fere quae de lu-
cida oratione praeceptas. Ornata elocutio
quemadmodum fit. ex reb; ipsis & locis cō
munibus & generalib; egressionib; & senten
tiis p̄p&ualibus & in lustrib; exemplis & cō
lationibus & imaginib; & synonymis & ad
locutionibus. In locutione id quod aptū ē quo
modo seruabimus. Si rerū qualitatē conside
remus. Item p̄ p&ue orationes parū quoq;
eius p̄sonarū temporū. In rerū qualitate quid
puidendū ē. ut parua res agatur. an magna
priuata an publica. Ut ita ad genꝰ elocutionis
accomodemus tenue paruis moderatum me
diocrib; sublime magnis. Quot s̄ genera
principalia orationis. id ē caracterum elo
cutionis tria ΠΟCΟΤΗΤΟC. ΤΤΟΙΟΤΙΠΟCΗ
ΛΙΚΟΤΗΤΟC ΠΟCΟΤΗΤΟC. Quot s̄ genera ti
a. adros id est amplū siue sublime ischnon
id est tenues. siue subtile; meson. id est
mediocre. siue moderatū. Adros uniforme
me ē non. Nam est aut dictum [illegible]
ΝΟΗΡΟΝ ΑΑΡΟ quod ē contrarium aridū
ΑΟΡΙCΟΥΜ ΑΛΕΤΙΩ. quid ē contrariū tepidū
aut dissolutū id est uelut eneruē ΠΟΙΟΤΗ
ΤΟC. Quot s̄ genera tria. ΔΡΑΜΑΤΙΚΟΝ.

ΔΙΗΓΗΜΑΤΙΚΟΝ ΜΙΚΤΟΝ. Sunt ꝰ alia ΠΟCΟΤΗ
ΤΟC genera sunt que uocari possunt publica si
ue communia. Quae ista sunt. ΟΡΘΑΝΑΤΙΟ ΦΑΡΙΤΙ
ΚΟΝ ΕΝ ΚΟΚΑΤΑΙΝΝΟΝ CΙΛΕ ΟΓΟΝΑCΥ ΝΑΕ ΤΟΝΕ
Κ ΠΑΡΑΛΕ ΤΥCΕΩ CCΥΝ ΚΡΙΤΙΚΟΝ ΕΛΕΝΚΤΙΚΟΝ;
Cur haec genera publica appellas quia omnibus
superioribus seruiunt ΠΗΛΙΚΟΤΗΤΑC. Quot s̄
genera tria ΜΑΚΡΟΝ ΒΡΑΧΥ Κ ΜΕCΟΝ. In ora
tione perpetua aptum. quibus modis seruabi
mus. duobus. aut in tota oratione. aut in parti
bus elocutionis. Species quot sunt. duae. Sin
gulorum uerborum. & coniunctorum. Sin
gulorū quae ratio ē. ut splendida sint. non
dura. antiqua. non abolita. propria ad ex
primendum. trāslata non proba. Coniunc
ta uerba quemadmodum fiunt figuris id est
schematibus & conpositione. Genera figu
rarū quot s̄. tria. lexeos. logu dianoias.
quae eorū differentia ē. quod lexeos in sin
gulis uerbis fiunt. ut nuda genu quasi in u
no nomine ΕΞΕΤΑCΑC possumus dicere
logu. uero in elocutionis conpositionis que
pluribus modis fiunt. ut ΠΟΛΥΠΤΩΤΟΝ Ε
ΠΑΝΑΦΟΡΑ ΑΝΤΙΘΕΤΟΝ ΡΟΦΗ. Quibus & si ami
se elocutionem mutaueris. aut uerborum ordi
nem inuerteris. eadem tamen figurae permane
ant; Uerum utraq; lexeos & logu. non ita. Ope
ra figurarum quae sunt quinque; Ut augeas
ut abicias ut probus existimeris ut inparatus ut
ornes elocutionem; Quid est conpositio quam
structuram uocamus. quae sunt principales ea
species. caesum. id est comma. membrum id est
ΚΩΛΟΝ circuitus id est periodos. Structurae
qualitas est. tripertita. aut enim rotunda est
id est uolubilis aut plana id est procurrens. aut
grauis. id est stabilis. ac resistens. his uitio
sa quae opponuntur. resistentia aspera. & co
fragosa procurrentia. fluxa uolubilia. con
torta & nimis rotata. Quot modis fit rum
quattuor. Quibus conuersione uerborū ad
iectione detractione inmutatione. Quae
in structura obseruandas. ut frequentior sit
rotunda quā plana ne hiulca sit uocalium &
maxime longarū crebra concursione aspera

* quod ē contrarium tumidū & inflatū ischnon
uniforme ē. non. Nam ē aut seruerius aut floridius.
ischnon.

duarum consonantium conflictu. ne monosyllaba una plura iungantur. ne breuia multa continuentur. ne longa ne multa. ne ultima syllaba prioris uerbi eadem sit quae prima posterioris. ne prima et ultima efficiant obscenitatem. ne multas ex illis uerbis aut syllabis uastius deformetur oratio. ne plures genetiui plures iungantur. Quando utimur structura graui? cum aut indignatio est aliqua. aut nimia miseratio. Quis est compositionis ordo? ut anteponamus genera quam species; Communia quam propria. Remota quam proxima. Leuiora uerba et non nimis longe differamus; Ut uerbis plerumque in conclusione quam nominibus utamur. nisi ut et melius cadant nomina et maiorem ut habeant uim si nouissime conlocata. Item obseruemus ut ne ordo faciat ambiguitatem. Quid aliud in structura obseruandum est? ne studium operis appareat. ne exterrantem numerum uerbis inanibus compleamus. ne nimium numerosa sint omnia. ne dissoluta. ne eodem modo structura saepe utamur. In generibus dicendi qua structura frequentius utendum est? In demonstratiuo si laudatio sit rotunda et plana. si uituperatio rotunda et grauis; In deliberatiuo plana et grauis. In iudiciali rotunda. Quid in generibus orationis? In tenui plana. In mediocri rotunda et plana. In amplo rotunda et grauis. Quid in partibus orationis? In principiis rotunda et grauis. In narratione rotunda et plana. In excessu rotunda et grauis. In peroratione rotunda et plana per orationem omnem. Quid in generibus argumentationis? In epagoge id est in inductione plana et grauis. In enthymemate id est ratiocinatione uarie pro genere enthymematis fuerit. In elenco rotunda. In dictico grauis et plana [margin: plana. In gnomico grauis. In paradigmatico] In syllogistico rotunda. Quae agentium personae qua structura frequentius uti debet orator omnibus patet. Senex rusticus inperitus et quaecumque est grauis persona plana et grauis. Iuuenis miles et quaecumque colorata persona est rotunda et grauis;

Memoria qualis est? naturalis et artificiosa, quae in se licet mixta est? ut naturalis arte seruanda sit. artificiosa natura adiuuanda; Quare ita? quoniam utraque sine altera leuis est. In omni memoria quid obseruandum est? ut non tantum eam contineamus uerum etiam cito percipiamus. Scripta sola? immo et cognata et quae sunt ab aduersa parte dicta. Semper eo quo dicta sint ordine reputauimus? non semper sed oportunis locis disponere debemus. In memoria quid plurimum ualet? memoris meditatio quia ea quae dicamus quasi uidemus. Siquidem dum aliud dicimus alia quae dicturi sumus prouidemus. artem memoriae quis primus ostendit? Simonides. Ex Simonidis facto de conuiuio quid adsumimus ad iuuandam memoriam? signatis animo sedibus nunc ad scripta uel cogitata aliquid signi ad eius similitudinem conlocauimus. Hac exercitatione quibus utebantur Charmadas et Scepsius et Metrodorus; Quae melior et simplicior memoriae ratio est? ut si longior fuerit oratio per partes discatur. Cur ita? quoniam dandi sunt quidam termini ut contextum uerborum. Quid est difficillimus? continua et crebra meditatio. pariter deinde ipsas repetitas ordo coniungat. Et his quae difficilius haeserint aliquas opponamus notas et saepe repetamus; Et hisdem oculis ediscamus quibus scripsimus; Quemadmodum ediscendum est? uoce modica et magis murmure; Item ut saepe nos temptemus an teneamus; Quid uel maxime memoriam adiuuat? diuisio et compositio. Nam memoriam uehementer ordo seruat. sicut accepimus de Simonidis conuiuio. Quae est maxima pars memoriae? exercitatio et labor. Quemadmodum hanc exercebimus? primo poematibus. dehinc orationibus; nouissime operibus durioribus qualia scripta iuris. Cur ea quae nocte meditamur facilius ac firmius tenemus? quoniam minus quam auocatur intentio. et post istam cogitationem uel lectionem nihil amplius animo cogitamus et statim capimus quietem. decem pro ad uerbum ediscendum est si tempus permiserit. Si minus, res ipsas solas tenebimus dehinc his uerba de tempore accommodabimus; Quid aliud in hac obseruabimus? ne consuescamus nobis ignoscere;

in patria et sed quasi cum quadam confidentia uerecundia
sinere turpitudo erit quantum fieri poterit deuocabimus
iudicem ad personae dignitatem si in persona ad rei dignita-
tem quasi de periculoso in tutiorem locum refugiemus
sed summatim leuiterque: cedentes despicere uti potius sus-
picionem quam mereri uideamur. Laborabimus autem in
eo ut confusa utraque dignitate rei et personae plus fidu-
ciae in honestate quam etiam turpitudine habere uide-
amur. sed ut uel impedius hoc genus principandi deprehen-
damus dabo exemplum quod habuit M. Tullius cum pro M.
Scauro loqueretur. Erat enim in controuersia amphido-
xos quippe qui inniteretur dignitate personae M. Scau-
ri premeretur turpitudine criminis de pecuniis re-
petundis. Utrumque in principio statim ita confudit ora-
tor ut et turpitudinem criminis dignitate personae conte-
geret neque tamen largiendum nimium neque exultantem se
ita ut exprimat nonnullam etiam metus suspicionem ma-
ximo fuit optandum M. Scauro iudicium nullo suscepto cuius-
quam odio sine offensione ac molestia et cetera. In para-
doxo id est in malo opinionis schemate. Ubi et persona et dig-
nitas parte laborauit longioribus principiis utendum erit
et purgandis suspicionibus opera tribuenda et dimisse
loquendum sequendumque cum sententiis tum uerbis et quam
prius blanditias sit et querimoniam quasi falsi in laqueum cri-
minis et falsae infamiae compositae aduersus nos. Pronun-
tiatio etiam submissiore toto corpore confirmatio adue-
recundia summisso uultu oculis terram intuentibus neque
illam acriter sed si possumus et iam ore simulato. In
adoxo id est in humili genere materiae proxima sermo-
ni debent esse principia. Neque sententiis alte petitis
neque uerbis ultra modum ornatis nec structura
grauiore sed quasi resoluta et simplici. Unam autem
omnium sententiarum qualis principiis adhiben-
da esse debebit uterem op pri et ac terbuoc et ad com-
munitatem et dicatam omnium in esse illarum undicar
Propterea quod quanto quaeque minora sunt tanto
crebrius et magis hic multos carere possit necesse
oportere spectari magnitudinem rerum et persona-
rum quam rationem aequi et iniqui ueri atque falsi.
Eandem enim esse horum in minimis quam in maximis. Talia
principia sunt pleraque apud Demosthenen in his libris
qui inscribuntur idiotici et magis apud Lysiam et apud quos-
dam ex nostris ueteribus. Certe et M. Tullius cum pro Archia di-
ceret non aliter exorsus est.

Dialectica est bene disputandi scientia. Disputamus autem utique verbis. Verborum igitur alia simplicia sunt, alia coniuncta. Simplicia sunt quae unum quiddam significant, ut cum dicimus homo, equus, disputat, currit. Nec mireris quod disputat, quamvis ex duobus compositum sit, tamen inter simplicia numeratum est. Nam res definitione inlustratur. Dictum est enim id esse simplex quod unum quiddam significat. Itaque hoc includitur ea definitione, quod non includitur cum dicimus loquor. Quamvis enim unum verbum sit, non habet tamen simplicem significationem, siquidem significat etiam personam quae loquitur. Ideo iam obnoxium est veritati aut falsitati. Nam et negari et adfirmari potest. Omnis itaque prima et secunda persona verbi, quamvis singillatim enuntietur, tamen inter coniuncta verba numerabitur, quia simplicem non habet significationem. Siquidem quisquis dicit ambulo, et ambulationem facit intellegi et se ipsum qui ambulat. Et quisquis dicit ambulas, similiter et rem quae fit et eum qui facit significat. At vero qui dicit ambulat, nihil aliud quam ipsam significat ambulationem. Quam ob rem tertia persona verbi semper inter simplicia numeratur et nondum aut adfirmari aut negari potest, nisi cum talia verba sint quibus necessario cohaeret persona, nisi certa consuetudine loquendi, ut cum dicimus pluit vel ningit, etiam si non addatur quis pluat aut ningat, tamen quia intellegi non potest, inter simplicia numerari. Coniuncta verba sunt quae sibi conexa res plures significant, ut cum dicimus homo ambulat aut homo festinans in montem ambulat, et si quid tale. Sed coniunctorum verborum alia sunt quae sententiam comprehendunt, alia quae dictionem expectant aliquid, ut ea ipsa quae nunc diximus. Si subtrahas verbum quod positum est, quamvis enim verba coniuncta sint homo festinans in montem, tamen adhuc pendet oratio. Separatis igitur his coniunctis verbis quae non implent sententiam, restant ea verba coniuncta quae sententiam comprehendunt. Horum item duae species sunt: aut enim sic sententia comprehenditur ut veritati aut falsitati obnoxia sit, ut est omnis homo ambulat aut omnis homo non ambulat, et si quid huiusmodi est; aut ita impletur sententia ut licet perficiat propositum animi, adfirmari tamen negarive non possit, ut cum imperamus, cum optamus, cum exsecramus

et similia. Nam quisquis dicit pergat ad villam vel utinam pergat ad villam vel di illum perdant, non potest argui quod mentiatur aut credi quod verum dicat; nihil enim adfirmavit aut negavit. Ergo nec tales sententiae in quaestionem veniunt ut disputatorem requirant. Sed illae quae requirunt aut simplices sunt aut coniunctae. Simplices sunt quae sine ulla copulatione sententiae alterius enuntiantur, ut est illud quod dicimus omnis homo ambulat. Coniunctae sunt de quarum copulatione iudicatur, ut est si ambulat movetur. Sed cum de coniunctione sententiarum iudicium fit, tamdiu est donec perveniatur ad summam. Summa est autem quae conficitur ex concessis. Quod dico tale est: qui dicit si ambulat movetur, probare vult aliquid, ut cum hoc non concessero verum esse, restet illi docere quod ambulet, et summa consequatur quae iam negari non potest, id est quod moveatur; aut restet illi docere quod non moveatur, ut consequatur summa quae item non potest non concedi, id est quod non ambulet. Rursus si hoc modo velit dicere homo iste ambulat, simplex sententia est; quam si concessero, et alia quae aliquid expectant ad complexionem sententiae sententiam comprehendunt. Adiunxerit aliam: quisquis autem ambulat movetur, et hanc etiam concessero, ex hac coniunctione sententiarum quamvis singillatim enuntiatarum et concessarum illa summa sequitur quae iam necessario concedatur, id est homo iste movetur. His breviter constitutis singulas partes consideremus. Nam sunt primae duae: una de his quae simpliciter dicuntur, ubi est quasi materia dialecticae; altera de his quae coniuncta dicuntur, ubi iam quasi opus apparet. Quae de simplicibus est vocatur de loquendo. Illa vero quae de coniunctis est in tres partes dividitur. Separata enim coniunctione verborum quae non implet sententiam, illa quae sic implet sententiam ut nondum faciat quaestionem vel disputatorem requirat, vocatur de eloquendo. Illa quae sic implet sententiam ut de sententiis simplicibus iudicetur, vocatur de proloquendo. Illa quae sic comprehendit sententiam ut de ipsa etiam copulatione iudicetur donec perveniatur ad summam

uocatur de loquiorum summa. Has ergo singulas
partes diligentius explicemus. Uerbum est uniuscuius-
que rei signum quod ab audiente possit intellegi a loquen-
te prolatum. Res est quidquid uel sentitur uel intellegi-
tur uel latet. Signum est quod et se ipsum sensui et prae-
ter aliquid animo ostendit. Loqui est articulata
uoce signum dare. Articulatam autem dico quae
conprehendi litteris potest. Haec omnia quae definita
sunt utrum recte definita sint et utrum adhuc usque uer-
ba definitionis aliis definitionibus persequenda fue-
rint ille iudicauit locus quo definiendi disciplina
tractatur. Nunc quod instat accipe intentus. Om-
ne uerbum sonat. Cum enim est in scriptione non uerbum
sed uerbi signum est. Quippe inspectis a legente
litteris occurrit animo quid uoce erumpat. Quid
enim aliud litterae scriptae quam se ipsas oculis prae-
se uoces animo ostendunt. Et paulo ante diximus
signum esse quod se ipsum sensui et praeter se aliquid
animo ostendit. Quae legimus igitur non uer-
ba sunt sed signa uerborum. Sed ut ipsa littera cum
sit pars minima uocis articulatae abutimur ta-
men hoc uocabulo et ita appellemus litteram
etiam cum scriptam uidemus quamuis omnino
tacita sit neque ulla pars uocis sed signum partis
uocis appareat. Ita etiam uerbum appellatur cum
scriptum est quamuis uerbi signum id est signum
significatiuae uocis non eluceat. Ergo ut coepe-
ram dicere omne uerbum sonat. Sed quod sonat ni-
hil ad dialecticam. De sono enim uerbi agitur
cum quaeritur uel animaduertitur quantum uo-
calium uel dispositione leniatur uel concur-
sione dehiscat. Item consonantium uel inter-
positione nodetur uel congestione asperetur.
Et quot uel qualibus syllabis constet ubi poe-
ticus rythmus accentusque a gramaticis solarum
aurium tractantur negotia. Et tamen cum de
his disputatur praeter dialecticam non est.
Haec enim scientia disputandi est. Sed cum uer-
ba sint rerum quando de ipsis obtinent. Uerbo-
rum autem illa quibus de his disputatur. Nam
cum de uerbis loqui nisi uerbis nequeamus
et cum loquimur non nisi de aliquibus rebus
loquimur. Occurrit animo ita esse uerba
signa rerum ut res esse non desinant. Cum

ergo uerbum ore procedit si propter se procedit id est
ut de ipso uerbo aliquid quaeratur aut disputetur
res est utique disputationi quaestionique subiecta
sed ipsa res uerbum uocatur. Quidquid autem ex uer-
bo non aures sed animus sentit et ipso animo tenetur
inclusum dicibile uocatur. Cum uero uerbum pro-
cedit non propter se sed propter aliud aliquid signi-
ficandum dictio uocatur. Res ipsa quae iam uerbum non
est neque uerbi in mente conceptio siue habeat uer-
bum quo significari possit siue non habeat nihil
aliud quam res uocatur proprio iam nomine. Haec er-
go quattuor distincta teneantur. Uerbum dicibi-
lem dictio res. Quod dixi uerbum et uerbum est
et uerbum significat.
Quod dixi dicibile uerbum est nec tamen uerbum sed
quod in uerbo intellegitur et animo significat. Quod
dixi dictionem uerbum est sed quod iam illa duo simul id
est et ipsum uerbum et quod fit in animo per uerbum signi-
ficat. Quod dixi rem uerbum est quod praeter illa tria
quae dicta sunt quidquid restat significat. Sed exemplis
haec inlustranda esse perspicio. Fac igitur a quoquam
gramatico puerum interrogatum hoc modo. Arma
quae pars orationis est. Quod dictum est arma propter se dic-
tum est id est uerbum propter ipsum uerbum. Cetera uero
quod ait quae pars orationis non propter se sed propter uer-
bum quod arma dicitur uel animo sensa uel uoce prola-
ta sunt. Sed cum animo sensa sunt ante uocem dicibilia erunt.
Cum autem propter id quod dixi proruperunt in uocem
dictiones factae sunt. Ipsum uero arma quod hic uer-
bum est cum a Uergilio pronuntiatum est dictio fuit.
Non enim propter se prolatum est ut eo significarentur
uel bella quae gessit Aeneas uel scutum uel cetera quae
Uulcanus heroi fabricatus est. Ipsa uero bella uel
arma quae gesta aut ingesta sunt ab Aenea ipsa
inquam quae cum gererentur atque essent uidebantur
quaeque si nunc adessent uel digito monstrare pos-
semus aut tangere quae etiam si non cogitentur non
eo tamen fit ut non fuerint. Ipsa ergo per se nec uerba
sunt nec dicibilia nec dictiones sed res quae iam
proprio nomine res uocantur. Tractandum est igitur
nobis in hac parte dialecticae de uerbis de dicibili-
bus de dictionibus de rebus. In quibus omnibus
cum partim uerba significentur partim non uer-
ba nihil est tamen de quo non uerbis disputare necesse sit.

Itaque de his primo disputare per quae de ceteris disputare conceditur. Igitur uerbum quodlibet excepto sono de quo bene disputatur ad facultatem dialecticam et non ad dialecticam disciplinam ut defensio Ciceronis sit quidem rethoricae facultatis sed non his docetur ipsa rethorica. Ergo omne uerbum praeter id quod sonat quattuor quaedam necessario uocat in questionem: originem suam, uim, declinationem, ordinationem. De origine uerbi queritur cum queritur unde dicatur. Res mea sententia nimis curiosa et minus necessaria. Neque hoc eo mihi placuit dicere quod Cicero hoc idem existimat quamquam quidem uideatur. Quis enim egeat auctoritate in re tam perspicua. Quod si omnino multum iuuaret explicare originem uerbi, ineptum esset adgredi quod persequi profecto infinitum est. Quis enim reperire possit quidquid dictum fuerit unde ita dictum sit. Huc accedit quod ut somniorum interpretatio ita uerborum origo pro cuiusque ingenio iudicatur. Ecce enim uerba ipsa quispiam ex eo putat dicta quod aurem quasi uerberent. Immo inquit alius quod aerem. Sed quid nostra? non magna lis est. Nam uterque a uerberando huius uocabuli originem trahit. Sed de transuerso tertius uide quam rixam inferat: quod enim uerum nos ait loqui oportet odiosumque natura ipsa iudicante mendacium, uerbum a uero cognominatum est. Nec ingenium quartum defuit. Nam sunt qui uerbum a uero quidem dictum putant, sed prima syllaba satis animaduersa secundam nec legi non oportere. Verbum enim cum dicimus inquiunt prima eius syllaba uerum significat, secunda sonum. Hoc enim uolunt esse bum; unde Ennius sonum pedum bombum pedum dixit, et boare Graeci clamare, et Uirgilius reboant siluae. Ergo uerbum dictum est quasi a uerum boando, hoc est uerum sonando. Quod si ita est, praescribit quidem hoc nomen ne cum uerbum facimus mentiamur. Sed uereor ne ipsi qui dicunt ista mentiantur. Ergo ad te iam pertinet iudicare utrum uerbum a uerberando an a uero solo an a uerum boando dictum putemus, an potius unde sit dictum non curemus cum quid significet intellegamus. Breuiter tamen hunc locum notatum hoc est

de origine uerborum uolo paulisper accipias ne ullam partem suscepti operis praetermisisse uideamur. Stoici autumant, quos Cicero in hac re irridet, nullum esse uerbum cuius non certa explicari origo possit. Et quia hoc modo eos urguere facile fuit si diceres hoc infinitum esse quibus uerbis alicuius uerbi originem interpretaris, eorum rursus a te originem quaerendam esse, donec perueniatur eo ut res cum sono uerbi aliqua similitudine concinat, ut cum dicimus aeris tinnitum, equorum hinnitum, ouium balatum, tubarum clangorem, stridorem catenarum. Perspicis enim haec uerba ita sonare ut ipsae res quae his uerbis significantur. Sed quia sunt res quae non sonant, in his similitudinem tactus ualere, ut si leniter uel aspere sensum tangunt, lenitas uel asperitas litterarum ut tangit auditum sic eis nomina pepererit. Ut ipsum lene cum dicimus leniter sonat. Quis item asperitatem non et ipso nomine asperam iudicet? Lene est auribus cum dicimus uoluptas, asperum cum dicimus crux. Ita res ipsae adficiunt ut uerba sentiuntur. Mel quam suauiter gustum res ipsa tam leniter nomine tangit auditum. Acre in utroque asperum est. Lana et uepres ut audiuntur uerba sic illa tanguntur. Haec quasi cunabula uerborum esse crediderunt ubi sensus rerum cum sonorum sensu concordarent. Hinc ad ipsarum inter se rerum similitudinem processisse licentiam nominandi, ut cum uerbi causa crux propterea dicta sit quod ipsius uerbi asperitas cum doloris quem crux efficit asperitate concordet, crura tamen non propter asperitatem doloris sed quod longitudine atque duritia inter membra cetera sint ligno similiora sic appellata sint. Inde ad abusionem uentum ut usurpetur nomen non rei similis sed quasi uicinae. Quid enim simile habet significatio parui et minuti cum possit paruum esse quod non modo nihil minutum sit sed aliquid etiam creuerit? Dicimus tamen propter quandam uicinitatem minutum pro paruo. Sed haec abusio uocabuli in potestate loquentis est; habet enim paruum ut minutum non dicat. Illud magis pertinet ad id quod nunc uolumus ostendere quod cum piscina dicitur in balneis in qua piscium nihil sit nihilque simile piscibus

habeat, videatur tamen a piscibus dicta propter aquam ubi piscibus vita est. Ita vocabulum non translatum similitudine sed quadam vicinitate usurpatum est. Quod si quis dicat homines piscibus similes natando fieri et inde piscinae nomen esse natum, stultum est repugnare, cum ab re neutrum abhorreat et utrumque lateat. Illud tamen bene accidit, quod hoc uno exemplo diiudicare iam possumus, quid distet origo verbi quae de vicinitate arripitur ab ea quae de similitudine ducitur. Hinc facta progressio usque ad contrarium. Nam lucus eo dictus putatur quod minime luceat, et bellum quod res bella non sit, et foederis nomen quod res foeda non sit. Quod si a foeditate porci dictum est, ut nonnulli volunt, redit origo ad illam vicinitatem cum id quod fit ab eo per quod fit nominatur. Nam ista omnino vicinitas late patet et per multas partes secatur: aut per efficientiam, ut hoc ipsum a foeditate porci, per quem foedus efficiatur; aut per effecta, ut puteus, quod eius effectum potatio est, creditur dictus; aut per id quod continetur, ut urbem ab orbe appellatam volunt, quod auspicato locus aratro circumduci solet, cuius rei et Virgilius meminit, ubi Aeneas urbem designat aratro; aut per id quod continet, ut si quis horreum mutata littera adfirmet ab hordeo nominatum; aut per abusionem, ut cum horreum dicimus et ibi triticum conditur; vel a parte totum, ut mucronis nomine, quae summa pars gladii est, gladium vocamus; vel a toto pars, ut capillos quasi capitis pilus. Quid ultra progrediar? Quidquid aliud adnumerari potest, aut similitudine rerum et sonorum, aut similitudine ipsarum rerum, aut vicinitate, aut contrario contineri videbis originem verbi, quam persequi non quidem ultra soni similitudinem possumus. Innumerabilia sunt enim verba quorum origo de qua ratio reddi possit aut non est, ut ego arbitror, aut latet, ut Stoici contendunt. Vide tamen paululum quomodo putent perveniri ad illa verborum cunabula vel stirpem potius atque adeo sementum, ultra quod quaeri originem vetant nec si quisquam velit potest quicquam invenire. Nemo ab initio? syllabas in quibus u littera locum obtinet et consonantes, ut sunt in his verbis prima, et vafer, velum, vinum, vomis, vulnus. Grassum etiam quasi validum sonum edere, quod ad probationem loquendi consuetudo. Cum de quibusdam verbis eas subtrahimus, ne onerent aurem. Nam inde est quod amasti dicimus libentius quam amavisti, et abiit non abivit, et in hunc modum innumerabilia. Ergo cum dicimus vim, sonus verbi, ut dictum est, quasi validius congruere quam significat. Iam ex illa vicinitate per id quod efficit, hoc est quia violenta sunt, dicta vincula possunt videri. Et vimen quo aliquid vinciatur. Inde vites, quod adminicula quibus innituntur nexibus prendunt. Hinc iam propter similitudinem incurvum senem vietum Terentius appellavit. Hinc terra quae pedibus itinerantium flexuosa et trita est via dicitur. Si autem via quod vi pedum trita est magis creditur dicta, redit origo ad illam vicinitatem. Sed faciamus a similitudine vitis vel viminis, hoc est a flexu, esse dictam. Quaerit ergo me quispiam quare via dicta est. Respondeo a flexu. Quod flexum velut incurvum vietum veteres dixerunt. Unde [illegible] etiam quae continuam bigantur rotarum ligna vocant. Persequitur quaerere unde vietum flexum dicatur; et hic respondeo a similitudine vitis. Instat atque exigit unde vitis sit vocata. Respondeo quia vinciat ea quae comprehenderit. Scrutatur ipsum vincire unde dictum sit: dicemus a vi. Quare sit appellata vis requirit? Redditur ratio quia robustum et quasi validum sono verbum rei quam significat congruit. Ultra quod requirat non habet. Quot modis autem origo verborum corruptione vocum varietur, ineptum est persequi; nam et longum et minus quam illa quae dicta sunt necessarium. Nunc vim verborum, quantum res patitur, breviter consideremus. Vis verbi est qua cognoscitur quantum valeat. Valet autem tantum quantum movere audientem potest. Porro movet audientem aut secundum se, aut secundum id quod significat, aut ex utroque communiter. Sed cum

secundum se mouet aut ad solum sensum spectat aut
ad artem aut ad utrumque sensus aut natura moue
tur aut consuetudine natura uitiauit cum offen
ditur Si quis nominet tartarer sen regem uel mul
cetur cum audit euryalum quis enim etiam si nun
hilum quando de his hominibus audierit quorum
ista sint nomina non tamen et in illo asperitatem
maximam et in hoc uidet esse lenitatem Consu
etudo mouetur sensus cum offenditur cum au
dit cocto Nam hic ad soni suauitatem uel insu
auitatem nihil interest sed tantum ualent aurium
penetralia utrum ipse transeuntes sonos qua
si hospites notos an ignotos recipiant Arte autem
mouetur auditor cum enuntiatur ei sibi uerbo ad
tendit quae sit pars orationis uel si quid aliud in
his disciplinis quae de uerbis traduntur accepit At
uero ex utroque id est et ex sensu et arte de uerbo iu
dicatur cum id quod aures metiuntur ratio no
tat et nomen ibi ponit ut cum dicitur optimus
Mox ut aurem longa una syllaba et duae bre
ues huiusce nominis percusserint animus ex arte
statim pedem dactilum agnoscit Scientia
uero non secundum se sed secundum id quod
significat uerbum mouet quando per urbem ac
cepto signo animus nihil aliud quam rem ipsa
intuetur cuius illud signum est quod accep
it ut cum Augustino nominato nihil aliud qua
ego ipse cogitor ab eo cui notus sum aut cuilib
hominem mente occurrit nisi forte hoc nomen uel
qui me ignorat audierit uel qui alium nouit
qui augustinus uocetur Cum autem simul et secun
dum se uerbum mouet audientem et secundum id quod
significat tunc & ~~ipsa enuntiatio~~
ipsa enuntiatio et id quod ab ea nuntiatur simul
aduertitur Unde enim quod non offenditur
aurium castitas cum audit manu uentre pone
bona patria laceraverat Offenderetur autem
si obscena pars corporis sordido ac uulgari no
mine appellaretur cum res eadem sit cuius
utrumque uocabulum est Nisi quod illo tur
pitudo rei quae significata est decore uerbi
significantis operitur In hoc autem sensum
animumque utriusque deformitas ferit uelu
ti non alia meretrix sed aliter tamen uid&

eo cultu quo damnari iudicem stare ad solet aliter eo quo
in luxuriosi cubiculo iaceret Cum igitur tantam uim
tamque multiplicem appareat esse uerborum quam bre
uiter pro tempore summatimque attigimus duplex hinc
ex consideratione sensus nascitur partim propter explican
dam ueritatem partim propter conseruandum deco
rem Quorum primum ad dialecticum secundum ad
oratorem maxime pertinet Quamuis enim nec dis
putationem deceat ineptam nec eloquentiam opor
teat esse mendacem Tamen et in illa saepe atque
adeo paene semper audiendi delicias discendi cupido
contemnit et in hac imperitior multitudo quod
ornate dicitur etiam uere dici arbitratur Ergo
cum appareat quid sit uniuscuiusque proprium
manifestum est et disputatorem si quaeri delectari
dicura est rhetorico colore aspergendum et ora
torem si ueritatem persuadere uult dialecticis qua
si neruis atque ossibus esse roborandum Quae ipsa
natura in corporibus nostris nec firmitati uirium
subtrahere potuit nec oculorum offensionem pa
ti permisit Itaque nunc propter ueritatem diiudi
candam quod dialectica profitetur ex hac uerbo
rum ui cuius quaedam semina sparsimus quae
impedimenta nascantur uideamus Impedit enim
auditorem ad ueritatem uidendam in uerbis
aut obscuritas aut ambiguitas Inter ambiguum
et obscurum hoc interest quod in ambiguo plu
ra se ostendunt quorum quid potius accipien
dum sit ignoratur In obscuro autem nihil
aut parum quod adtendatur apparet sed
ubi parum est quod apparet obscurum est
Ambiguo simile Uelut si quis ingrediens iter
excipiatur aliquo biuio uel triuio uel etiam
ut ita dicam multiuio loco ubique densitate
nebulae nihil uiarum quod est eluceat Ergo
a pergendo prius obscuritate terretur At ubi
aliquatenum rarescere nebulae ceperint
uidetur aliquid quod utrum uia sit an ter
rae proprius et nitidior color incertum est hoc est
obscurum ambiguo simile Dilucescente autem
caelo quantum oculis satis sit iam omnium ui
arum deductio clara est Sed qua sit pergendum
non obscuritate sed ambiguitate dubitatur
Item sunt obscurorum genera tria;

Unum est quod sensui patet et animo clausum est, tamquam
si quis malum punicum pictum uideat qui neque uiderit
aliquando neque omnino quale esset audierit; non enim o-
culorum est sed animi quod cuius rei pictura sit nos-
cat. Alterum genus est ubi res animo pateret nisi sen-
sui clauderetur. Sicut est homo pictus in tenebris;
nam ubi oculis apparuerit nihil animus hominem
pictum esse dubitauit. Tertium genus est in quo et-
iam sensui absconditur quod tamen si nudaretur
nihilo magis animo eminer et, quod genus est
omnium obscurissimum, ut si inperitus malum
illud punicum pictum etiam in tenebris cogeretur
agnoscere. Refer te nunc animum ad uerba quo-
rum sunt istae similitudines. Constituamus ani-
mo quempiam grammaticum conuocatis disci-
pulis factoque silentio suppressa uoce dixisse
temetum quod ab edictū quippe adsidebant satis
audierunt qui remotius parum qui autem re-
motissime nulla omnino uoce perstricti sunt.
Horum autem illi qui remotiores erant nescio
quo casu partim sciebant quid esset temetum
partim ignorabant. Illos uero qui magistri uocem
ne acceperunt quid esset temetum prorsus late-
bat. Omnes obscuritate inpediebantur et hic iam
perspicis omnia illa genera obscuritatum. Nam
qui de auditu nihil dubitabant primum illud genus
patiebantur cui simile est malum punicum igno-
rantibus sed in luce pictum. Qui nouerant uer-
bum sed auribus aut parum aut omnino non
acceperunt uocem secundo illo genere labo-
rabant cui similis est hominis imago sed in
non perspicuo aut omnino tenebricoso loco. Qui au-
tem non solum uocis sed et significationis
uerbi expertes erant tertii generis quod om-
nium teterrimum est caecitate inuoluebantur.
Quid autem dictum esse quidam obscurum am-
biguo simile in his perspici potest quibus uerbum
erat quidem notum sed uocem pecpaentur
nullam nec omnino certam perceperunt.
Omnia igitur obscure loquendi genera uita-
uit qui et uocem quantum satis est clara nec
ore inpedito et uerbis notissimis utitur.

Uide nunc in eodem grammatici exemplo quam lon-
ge aliter inpediat ambiguitas quam obscuritas uer-
bi. Fac eos qui aderant et satis sensu accepisse uocem
magistri et illum id uerbum enuntiasse quod esset
omnibus notum, ut puta fac eum dixisse magnus
et deinde siluisse. Attende quae incerta hoc audi-
to nomine patiantur. Quid si enim dicturus est
quae pars orationis; quid si de metris quaesiturus quid
sit pes; quid si de historia rogaturus, ut puta mag-
nus pompeius quot bella gesserit; quid si commen-
dandorum carminum gratia dicturus est magnus
et poeta solus paene uirgilius; quid si obiurgatu-
rus neglegentiam discipulorum in haec deinde uer-
ba prorumperet: magnus uos erga studia torpor in-
uasit. Uides ne remota nebula obscuritatis illud
quod supra dictum est quasi eminuisse multi-
uium. Nam hoc unum quod dictum est magnus
et nomen est et pes chorius est et pompe-
ius est et uergilius et neglegentiae torpor
et si qua alia uel innumerabilia non comme-
morata sunt quae tamen per hanc enuntiatio-
nem uerbi possint intellegi. Itaque rectissime
a dialecticis dictum est ambiguum esse omne
uerbum. Nec moueat quod apud ciceronem
calumniatur hortensius hoc modo ambigua
se aiunt audire acute explicare dilucide. Idem
omne uerbum ambiguum esse dicunt. Quo
modo igitur ambigua ambiguis explicabunt?
Nam hoc est in tenebras extinctum lumen in-
ferre. Facete quidem atque callide dictum
sed hoc est quod apud eundem ciceronem scae-
uola dicit antonio: denique ut sapientibus dis-
serere stulti etiam uere uideantur dicere. Quid
enim aliud illo loco fecit hortensius nisi acu-
mine ingenii et lepore sermonis quasi mera-
co et suaui poculo inperitis caliginem obfudit?
Quod enim dictum est omne uerbum esse ambi-
guum de uerbis singulis dictum est. Explicantur
autem ambigua disputando et nemo utique
uerbis singulis disputat.
Nemo igitur ambigua uerba uerbis ambiguis expli-
cauit. Et tamen cum omne uerbum ambigu-
um sit nemo uerborum ambiguitatem nisi
uerbis sed iam coniunctis quae ambigua non
erunt explicabit. Ut enim si dicerem omnis

miles bipes est non ex eo sequeretur ut eo hors ex mi
litibus utrique bipedibus ista constarent Tractandi
eo ambiguitatem esse omne uerbum non de sententi
am non disputationem quam ui uerbis ista texori
Omne igitur ambiguum uerbum non ambigua dis
putatione explicabitur Non ambiguitatum ge
nera uideamus quae prima duo sunt unum in his
etiam quae dicuntur alterum quod in his solis quae
scribuntur dubitationem facit Nam et si quis audie
rit acies et si quis legerit potest incertum habere
nisi per sententiam clarescat utrum acies militum an
ferri an oculorum dicta uel scripta sit At uero
si quis inueniat scriptum uerbi causa leporem
nec appareat qua sententia positum sit profecto du
bitauit utrum penultima huius uerbi syllaba
producenda sit ab eo quod est lepos an ab eo quod est
lepus corripienda Quam scilicet non pateretur
ambagionem si accusatiuum huius nominis casum
uoce loquentis acciperet Quod si quid dicat etiam
loquentem male pronuntiare potuisse iam non am
biguitate sed obscuritate impedietur auditor
Ex illo tamen genere quod ambiguo simile est
quia male latine pronuntiatum uerbum non in di
uersas rationes trahit cogitantem sed ad id quod
apparet inpellit Cum igitur duo ista genera
inter se plurimum distent primum genus rur
sus in duo diuiditur Nam quidquid dicitur et plura
intellegi potest eadem scilicet plura aut non
uocabulo uno sed una etiam definitione con
tineri queunt Aut tantum communi tenen
tur uocabulo sed diuersis explicationibus explican
tur Illis autem quae sub uno nomine necesse
est diuersae definiri aequiuocis nomen est
Prius ergo consideremus uniuoca ut quid genus
hoc sit definitione patefactum est inlustrentur exem
plis hominem cum dicimus tam puerum dicimus
quam iuuenem quam senem

tam stultum quam sapientem tam magnum quam par
uum tam ciuem quam peregrinum tam urbanum
quam agrestem tam qui iam fuit quam qui nunc est
tam sedentem quam stantem tam diuitem quam paupe
rem tam agentem aliquid quam cessantem
tam gaudentem quam merentem uel neutrum
Sed in his omnibus dictionibus nihil est quod non ut

Ea quae una definitio includuntur
uoca nominant

hominis nomen accepit ita etiam hominis de
finitione claudatur Nam definitio hominis est
animal rationale mortale Num ergo quisquam
potest dicere animal rationale mortale solum iuuenem
tantum non etiam puerum aut senem esse aut sa
pientem tantum non etiam stultum Immo et ista
et cetera quae enumerata sunt sicut hominis
nomine ita etiam definitione continentur Nam
siue puer siue stultus siue pauper siue etiam dormi
ens si animal rationale mortale non est nec ho
mo est Est autem homo Illa igitur etiam defi
nitione contineatur necesse est et de ceteris
quidem nihil ambigetur De puero autem par
uo aut stulto seu prorsus fatuo de dormi
ente uel ebrio uel furente dubitari potest
quomodo possint esse animalia rationalia
potest omnino defendi sed ad alia properantibus
longum est Ad id quod agitur illud satis non esse
istam definitionem hominis rectam et ueram nisi
et omnis homo eadem contineatur et praeter
hominem nihil Haec sunt igitur uniuoca quae
non solum nomine uno sed una etiam eiusdem
nominis definitione clauduntur quamuis et
inter se propriis nominibus et definitionibus
distingui possint Diuersa enim nomina
puer adulescens diues et pauper liber et ser
uus et si quid aliud differentiarum est Ideo
diuersas inter se proprias definitiones habent
Sed ut illis unum commune nomen est ho
mo sic et animal rationale mortale defini
tio una communis est Nunc aequiuoca uide
amus ambiguitatum perplexio prope infinita
succrescit Conabor autem eas in genera certa distinguere
Utrum autem conatum meum facultas se
quatur tu iudicabis ambiguitatis igitur
quae ab aequiuocis uenit prima genera
tria sunt Unum ab arte alterum ab usu tertium
ab utroque Artem nunc dico propter nomina
quae in uerborum disciplinis uerbis inponuntur
Aliter enim definitur apud grammaticos
quid sit aequiuocum Nam ... hoc quod
dico Tullius et nomen est et pes dactilus et
aequiuocum Itaque si quis se ... nec efflagitet
uel definitionem quid sit Tullius ... libe...
...onis explicationem

Respondeo possum enim recte dicere Tullius est nomen
quo significatur homo. Summus quidam orator
qui Catilinae coniurationem consul oppressit
Sub alter autem de me nomen ipsum definisse. Nam
si mihi Tullius ipse ille qui fuit uiueret digito demonstrari
posset definiendus foret. Non dicerem Tullius est
nomen quo significatur homo sed dicerem Tulli-
us est homo et itaceterea adiungerem. Item re-
spondere possem hoc ordo Tullius est per dactilus
his litteris constans. Quid enim nunc opus est eas
litteras enumerare. Licet etiam illud dicere Tul-
lius est uerbum per quod aequiuoca inter se sint com-
munia cum hoc ipso quae supra dicta sunt et si quid a-
liud inueniri potest. Cum igitur hoc unum quod
dixit Tullius secundum artium uocabula tam ua-
rie mihi definire liceret quid dubitamus esse
ambiguorum genus ex aequiuocis uenientium
quod merito dici possit ex arte contingere dixi nam:
enim aequiuoca esse quae non uno nomine et ta-
etiam una definitione possint teneri. Uide nunc
alterum genus quod ex loquendi usu uenire me-
morabimus. Usum nunc appello illud ipsum prop-
ter quod uerba cognoscimus. Quis enim uerba
propter uerba conquirat et colligat. Itaque iam cons-
tituto aliquem sic audire ut cum notum sit nihil de
partibus orationis audierit et si quaeratur de
uerborum aliqua disciplina. Tamen ad hunc eo
teste cum dicitur Tullius aequiuorum ambigu-
itatem inpediri. Haec enim nomina et ipse qui
fuit summus orator et eius picta imago uel statua
et codex quo eius litterae continentur et si quid
est in sepulchro eius cadaueris significari potest
Diuersis enim notionibus dicimus Tullius ab in-
terito patriam liberauit et Tullius inauratus
in capitolio stat et Tullius totus tibi legendus est
et Tullius hoc loco sepultus est. Unum enim no-
men sed diuersis haec omnia definitionibus expli-
canda sunt. Hoc igitur genus aequiuocorum
est in quo iam nulla de disciplina uerborum
oritur ambiguitas sed de ipsis rebus quae signi-
ficantur. At si utrumque confundat audien-
tem uel legentem siue quod ex arte siue quod
ex loquendi usu dicitur non ne tertium genus
recte adnumeretur. Cuius exemplum in

sententia quidem certius apparet. Ut si quis
dicat multa dactilico metro scripserunt ut est
Tullius nam hic incertum utrum Tullius pro ex-
emplo dactili pedis an dactili et pro et positum sit
Quorum illud ex arte hoc ex usu loquendi ac-
cipitur. Sed in simplicibus etiam uerbis contin-
git tam quasi hoc uerbum grammaticus au-
dientibus discipulis enuntiet et supra osten-
dimus. Cum igitur haec tria genera manifes-
tis interserationibus differant rursus primum
genus in duo diuiditur. Quicquid enim ex ar-
te uerborum facit ambiguitatem partim
sibi per exemplo esse potest partim non potest
Cum enim definiero quid significet nomen
possum hoc ipsum exempli gratia subpone-
re. Etenim hoc quod dico nomen utique no-
men est. Hac enim lege per casus flectitur
cum dicimus nomen nominis nomini et cetera.
Item cum definio quid significet dactilus
per hoc ipsum potest esse per exemplo. Etenim
cum dicimus dactilus unam longam syllabam
et duas deinde breues enuntiamus. At uero
definitur aduerbium quid significet non po-
test hoc ipsum in exemplum dicere. Etenim
cum aduerbium dicimus haec ipsa enun-
tiatio nomen est. Ita secundum aliam nota-
tionem aduerbium utique aduerbium est
et nomen est nomen. Secundum aliam uero
aduerbium non est aduerbium

RG

creticus quando diuisionis
non potest hoc ipsum exemplo esse
haec enim enuntiatio quod dicimus creticus prima
longa syllaba deinde duabus breuibus constat. Quod
autem significat longa syllaba et breuis et longa est.
Ita et hic secundum unam aliam notationem creticus nihil est aliud quam
creticus et dactilus non est. Secundum [illegible] aliam
uero creticus non est creticus qui a dactilus est. Se-
cundum hoc genus quod iam praeter disciplinas
uerborum ad loquendi usum dicatum est pertinere
duas habet formas. Nam aequiuoca inde sunt
aut eadem origine aut ex diuersa. Ex eadem o-
rigine appello quae cum uis uno nomine non
sub una definitione teneantur uno tamen quasi
fonte manant ut est illud quod Tullius et homo

& statua & codex & cadauer intellegi potest. Non possunt quidem ista una definitione concludi sed tamen unum habent fontem ipsum scilicet uerum hominem cuius & illa statua & illi libri & illud cadauer est. Ut cum dicimus nepos longe & diuersa origine filium filii & luxoriosum significat. Haec ergo quod distinctae teneamus. Ecce uide illud genus quod ex eadem origine appello in quae iterum diuidatur. Nam diuiditur in duo quorum unum translatione alterum declinatione contingit. Translationem uoco cum uel similitudine unum nomen fit multis rebus ut Tullius & ille in quo magna eloquentia fuit & statua eius dicitur. Vel ex toto cum pars cognominatur ut cum cadauer eius Tullius dici potest. Vel ex parte totum ut cum tecta dicimus totas domos. Aut a genere species. Uerba enim principaliter omnia dicuntur quibus loquimur. Sed tamen uerba propriae nominantur quae pars modos & tempora declinamus. Aut a specie genus. Nam cum scolastici non solum proprie sed & primitus dicantur hi qui adhuc in scolis sunt in omnes tamen qui in litteris uiuunt nomen hoc usurpatum est. Aut ab efficiente effectum ut cicero est liber ciceronis. Aut ab effecto efficiens ut terror qui terrorem facit. Aut a continente quod continetur ut domus

& iam qui in domo sunt dicuntur. Aut conuersa uice ut castanea & iam arbor dicitur. Vel si quid aliud inuenerit potest quod ex eadem origine quasi transferendo cognominetur. Uides ut arbitror quam faciat in uerbis ambiguitatem. Quae autem ad eandem originem pertinentia condicione declinationis ambigua esse diximus talia sunt. Fac uerbi causa quemquam dixisse pluto & haec diuersitatique definienda sunt. Item scribere quid dicit incertum est utrum infinito actiuum imperatiuo passiui pronuntiauerit. Homo quamuis unum nomen sit & iam enuntiatio tamen si tali de ex nominatiuo aliud ex uocatiuo quam doctus & docte. Ubi enuntiatio quoque diuersa est. Doctus aliud est cum dicimus doctus mancipium aliud cum dicimus doctus illo iste disputauit. Declinatione igitur ambigua ostensa est. Nam declinationem nunc appello quidquid siue per uoces siue per significationes flectendo uerba contingit.

hic doctus enim & docte & iam per uoces flexum est hic homo autem & homo per solas significationes. Sed hoc genus ambiguitatum minutatim considerare ac persequi paene infinitum est. Itaque locum ipsum hactenus notasse sufficient ingenio praesertim tuo. Uides nunc ea quae diuersa origine uenerunt. Nam & ipsa diuiduntur adhuc in duas primas formas quarum una est quae contingit diuersitate linguarum ut cum dicimus ut haec una uox aliud apud graecos aliud apud nos significat. Quod genus notandum omnino fuit. Non enim praescriptum est unicuique quod linguas nosset aut quod linguis disputaret. Altera forma est quae in una quidem lingua facit ambiguitatem diuersitatem earum originem quae in uno uocabulo significatur. Quale est illud quid de nepote supra posuimus quod rursus in duo scindatur. Autem sub eodem genere partis orationis fit. Iam nomen est enim nepos cum filium filii quam cum luxoriosum significat. Aut sub diuersam non solum aliud est cum dicimus quis dictum est quis scis. Ergo istuc nisi periculum feceris sed & iam illud pronomen hoc aduerbium. Iam ex utroque id est & ex parte & ex usu uerborum quod in aequiuocis. Tertium genus posueramus tot ambiguitatum formae possint existere quod in duobus superioribus enumerabimus. Restat illud genus ambiguum quod in scriptis solis reperitur cuius tres sunt species. Aut enim spatio syllabarum fit tale ambiguum aut accentione aut utroque spatio. Ut cum scribitur uenit de tempore incertum est propter occultum primae syllabae spatium. Accentu autem ut cum scribitur pone utrum ab eo quod est pono an ut dictum est pone sequens namque hanc dederat proserpina legem incertum est propter latentem accentus locum. At uero ex utroque fit ut est quod superius de lepore diximus. Nam non solum producenda sed acuenda & iam est paenultima syllaba huius uerbi si ab eo quod est lepos non ab eo quod est lepus deflexum est.

INCIPIT LIB(ER) ISAGOGARUM PORPHYRII

Cum sit necessarium crisaori et ad eam quae
est apud aristotelem predicamentorum doctrinam.
nosse quid genus sit. et quid differentia. quid q(ue) spe
cies. et quid proprium et quid accidens. et ad definitio
num adsignationem. et omnino ad ea quae in divi
sionem vel in demonstratione sunt utilia. hanc ista
rum rerum speculationem compendiosam tibi tra
ditione faciens. Temptabo breviter velut intro
ductionis modo ea quae ab antiquis dicta sunt aggre
di; Altioribus quidem quaestionibus abstinens.
simpliciores vero mediocriter coniectans. Mox
de generibus et speciebus. Illud quidem sive sub
sistunt. sive in solis nudis purisque intellectibus
posita sunt. sive subsistentia corporalia sunt.
an incorporalia. et utrum separata a sen
sibilibus et circa ea constantia dicere recusabo.
Altissimum enim est huiusmodi negotium et ma
ioris egens inquisitionis. Illud vero quemadmo
dum de his hac de propositis probabiliter antiqui trac
taverint. et horum maxime peripatetici
nunc temptabo monstrare. DE GENERE

Videtur autem neque genus neque species sim
pliciter dici. Genus enim dicitur. et aliquorum
quodammodo se habentium ad unum aliquid
et ad se invicem collectio secundum quam signi
ficationem romanorum dicitur enim genus
ab unius scilicet habitudine. dico autem romu
li. et multitudinis habentium aliquo modo
ad invicem eam quae ab illo est cognationem
secundum divisionem ab aliis generibus dictam.
Dicitur autem et aliter rursus genus quod
est uniuscuiusque generationis principium.
vel ab eo qui genuit. vel a loco in quo quis genitus
est; Sic enim orestem quidem dicimus a tan
talo habere genus. Illum autem ab herculo
rursus. pindarum quidem thebanum esse gene
re. platonem vero atheniensem; et enim pa
tria principium est uniuscuiusque gene
rationis. quemadmodum pater; haec au
tem videtur promptissima esse significa
tio; Romani enim qui ex genere descendunt
romuli. et cecropidae qui ex genere descendunt
cecropis. et horum proximi; et prius quidem appel
latum est genus uniuscuiusque generationis prin
cipium. deinde etiam multitudo eorum qui sunt ab
uno principio utputa romulo; dividentes et ab aliis separan
tes. dicebamus omnem illam collationem esse roma
norum genus; Aliter autem rursus genus dicitur.
cui supponitur species. ab horum fortasse similitu
dine dictum. et enim principium quoddam est
huiusmodi genus earum quae sub se sunt speci
erum; videtur etiam multitudinem continere
omnem quae sub eo est. Tripliciter igitur genere
dicitur. de tertio apud philosophos sermo est.
quod etiam describentes adsignaverunt
genus esse dicentes. Quod de pluribus et diffe
rentibus specie in eo quod quid sit predicatur.
Alia quidem enim huiusmodi dicuntur de solo sicut individua
sicut socrates. et hic et hoc. Alia vero de pluribus.
quemadmodum genera et species et differenti
ae et propria et accidentia. communiter et non
proprie alicui. Est autem genus quidem ut ani
mal. species vero ut homo. differentia autem ut
rationale. proprium ut risibile. accidens ut album
nigrum sedere. Ab his ergo quae de uno solo pre
dicantur. differunt genera eo quod de pluribus
adsignata predicentur; ab his autem quae de pluri
bus. ab speciebus quidem. quoniam species et si de pluribus
predicatur sed non de differentibus specie sed numero;
homo enim cum sit species de socrate et platone predicatur
qui non specie differunt a se invicem sed numero. Animal
vero cum genus sit de homine et bove et equo predi
catur qui differunt a se invicem et specie quoque non
numero solo. A proprio vero differt genus. quoniam pro
prium quidem de una sola specie cuius est proprium
predicatur. et de his quae sub una specie sunt indivi
duis quemadmodum risibile de homine solum et de
particularibus hominibus. Genus autem non de u
na specie predicatur. sed de pluribus et differentibus
specie predicantur. Differentiae et communiter
accidentia. sed non in eo quod quid sit predicantur
sed in eo quod quale sit; Interrogantibus nobis
enim illud de quo predicantur. haec non in eo quod
quid sit dicimus predicari sed magis in eo quod qua
le sit. Interroganti enim qualis est homo dicimus ra
tionalis. et in eo quod qualis est corvus dicimus
quoniam niger, est autem rationale quidem differentia.

nigrum uero accidens; quando aliquid est homo interrogamur, animal respondemus. Erat autem hominis genus animal. quare de pluribus praedicari diuidit genus ab his quae de uno solo eorum quae sunt individua praedicantur; differentibus uero specie separat ab his quae sicut species praedicantur uel sicut propria; in eo quod quid sit autem praedicari diuidit a differentiis et communiter accidentibus; quae non in eo quod quid sit, sed in eo quod quale quid est uel quo ammodo se habens praedicantur de his de quibus praedicantur; Nihil igitur superfluum neque minus continet generis dicta descriptio.

De specie. Species autem dicitur quidem et de uniuscuiusque forma secundum quam dictum est priami quidem species digna est imperio; dicitur autem species et ea quae est sub adsignato genere. secundum quam solemus dicere hominem quidem speciem animalis cum sit genus animal. album coloris speciem. triangulum uero figurae speciem. Quod si et genus adsignantes speciei meminimus dicentes quod de pluribus et differentibus specie in eo quod quid sit praedicatur. et speciem dicimus id quod sub genere est; nosse autem oportet quoniam et genus alicuius est genus. et species alicuius species; Idcirco necesse est et in utrorumque rationibus utrisque uti; adsignant ergo et sic speciem; species est quae ponitur sub genere. et de qua genus in eo quod quid sit praedicatur. Amplius autem sic quoque; species est quod de pluribus et differentibus numero in eo quod quid sit praedicatur. et haec quidem adsignatio specialissimae est. et quae solum species est. aliae uero erunt etiam non specialissimae. Manifestum autem erit quod dicitur hoc modo. In unoquoque praedicamento sunt quaedam generalissima. et rursum alia specialissima. et inter generalissima et specialissima alia. Est autem generalissimum quidem super quod nullum ultra aliud sit superueniens genus. specialissimum autem post quod non erit alia inferior species; Inter generalissimum autem et specialissimum genera et species sunt eadem ad aliud quidem et aliud sumpta; Sit autem in uno praedicamento manifestum quod dicitur; substantia est quidem et ipsa genus. sub hac autem est corpus. sub corpore uero animatum corpus sub quo animal. sub animali rationale sub quo homo. sub homine uero socrates et plato et qui sunt particulares homines; sed horum substantia quidem generalissimum est. et quod genus sit solum; homo uero specialissimum et quod solum species sit. Corpus uero species quidem est substantiae. genus uero corporis animati. Et animatum corpus species quidem est corporis. genus uero animalis. animal autem species quidem est corporis animati. genus rationalis. rationale animal species quidem est animalis. genus autem hominis; homo uero species quidem est rationalis animalis non autem et iam genus particularium hominum sed solum species. et omne quod ante individua proximum est species erit solum. non etiam genus; quemadmodum igitur substantia quae cum suprema sit. eo quod nihil supra eam sit genus est generalissimum. sic et homo cum sit species post quam non sit alia inferior species. neque aliquid eorum quae possunt diuidi sed solum individuorum. Individuum enim est socrates et plato. species erit solum et ultima species. et ut diximus specialissima; quae sunt in medio eorum quidem quae supra ipsa sunt erunt species, eorum uero quae post ipsa sunt sunt genera; quare haec quidem duas habent habitudines, eam quae est ad superiora secundum quam species ipsorum esse dicuntur, et eam quae est ad posteriora secundum quam genera ipsorum esse dicuntur. Extrema uero unam habent habitudinem. Nam et generalissimum ad ea quidem quae post se sunt habet habitudinem. cum genus sit omnium id quod est supremum. eam uero quae est ad superiora non habet. cum sit supremum et primum principium. Specialissima autem unam habent habitudinem eam quae est ad superiora quorum est species. eam uero quae est ad posteriora non [illegible] habet sed [illegible] individuorum species dicitur. sed species quidem individuorum uelut ea continens; species autem superiorum uelut quae ab eis contineatur; determinant ergo generalissimum. Ita quod cum genus sit non est species. et rursus supra quod non est aliud superueniens genus. Specialissimum uero quod cum sit species non est genus. et quod cum sit species et quod de pluribus differentibus numero in eo quod quid sit praedicatur. ea uero quae in medio sunt extremorum subalterna uocant genera et species. et unumquodque ipsorum speciem esse et genus posuerunt. ad aliud quidem et aliud sumptum; ea uero quae sunt ante specialissima usque ad generalissimum ascendentia et genera dicuntur et species et subalterna genera. ut agamenon atrides et pelopides et tantalides et ultimum iouis; sed in familiis quidem plerumque ad unum reducuntur principium; uerbi gratia iouem; in generibus autem et speciebus non se

nisi diuidi in species;

: dicit Aristoteles. sed posita quemadmodum

sic habet. neque enim est commune unum genus omnium ens, nec omnia eiusdem generis sunt secundum unum supremum genus, quemadmodum in praedicamentis. sed prima decem genera ... si prima decem principia; vel si omnia quis entia vocet, aequivoce inquit nuncupat, non univoce. si enim unum esset commune omnium genus ens, univoce entia diceretur; cum vero decem sint prima, communio secundum nomen est solum, non etiam secundum definitionis rationem quae secundum nomen est. decem quidem generalissima sunt; specialissima vero in numero quidem quodam sunt, non tamen infinito. individua autem quae sunt post specialissima infinita sunt. quapropter usque ad specialissima a generalissimis descendentem iubet Plato quiescere, descendere autem per media dividentem specificis differentiis; infinita vero inquit relinquenda sunt; neque enim horum posse fieri disciplinam. descendentibus igitur ad specialissima necesse est dividentem per multitudinem ire, ascendentibus vero ad generalissima necesse est colligere multitudinem. collectivum enim multorum in unam naturam species est, et magis id quod genus est; particularia vero et singularia semper in multitudinem e contrario dividunt quod unum est. participatione enim speciei plures homines unus, particularibus autem unus et communis plures; divisivum enim est semper quod singulare, collectivum autem et adunativum quod commune est. assignato autem genere et specie quid est utrumque, et cum sit genus unum, species vero plurimae — semper enim in plures species divisio generis est — genus quidem semper de specie praedicatur, et omnia superiora de inferioribus; species autem neque de proximo sibi genere neque de superioribus; neque enim convertitur. oportet autem aequalia de aequalibus praedicari, ut hinnibile de equo, aut maiora de minoribus, ut animal de homine, minora vero de maioribus minime; neque enim animal dicis esse hominem quemadmodum hominem dicis esse animal. de quibus autem species praedicatur, de his necessario et speciei genus praedicabitur et generis genus usque ad generalissimum. si enim verum est Socratem hominem dicere, hominem autem animal, animal vero substantiam, verum est et Socratem animal dicere atque substantiam. semper enim superioribus de inferioribus praedicatis species quidem de individuis praedicabitur, genus autem et de specie

et de individuo. generalissimum autem et de genere et de generibus, si plura sint media et subalterna, et de specie et de individuo. dicitur enim generalissimum quidem de omnibus sub se generibus speciebusque et individuis; genus autem quod ante specialissimum est de omnibus specialissimis et de individuis; solum autem species de omnibus individuis; individuum autem de uno solo particulari. individuum enim dicitur Socrates et hoc album et hic veniens Sophronisci filius, si solus ei sit Socrates filius. individua ergo dicuntur huiusmodi quoniam ex proprietatibus consistit unumquodque eorum quorum collectio numquam in alio eadem erit. Socratis enim proprietates numquam in alio quolibet erunt particularium; hae vero quae sunt hominis (dico autem eius qui communis est) proprietates erunt eaedem in pluribus, magis autem in omnibus particularibus hominibus in eo quod homines sunt. igitur individuum quidem sub specie, species autem sub genere; totum enim quiddam est genus, individuum autem pars; species vero et totum et pars, sed pars quidem alterius, totum autem non alterius sed aliis; in partibus enim totum est. de genere quidem et specie, et quid generalissimum, et quae genera eadem et species sint, quae etiam individua et quot modis genus et species dicatur, sufficienter dictum est.

DE DIFFERENTIA.

Differentia vero communiter et proprie et magis proprie dicitur. communiter quidem differre alterum ab altero dicitur quod alteritate quadam differt quocumque modo vel a se ipso vel ab alio; differt enim Socrates Platone alteritate et ipse a se puero vel iam viro vel faciente aliquid vel quiescente, et semper in aliquo modo habendi alteritatibus. proprie autem differre alterum ab altero dicitur quando inseparabili accidenti ab altero differt; inseparabile accidens est ut nasi curvitas, caesitas oculorum, cicatrix cum ex vulnere occalluerit. magis proprie differre alterum ab altero dicitur quando specifica differentia distiterit, quemadmodum homo ab equo specifica differentia differt rationali qualitate. universaliter ergo omnis differentia alteratum facit cuilibet adveniens, sed eaquae est communiter et proprie alteratum facit, illa autem quae magis proprie aliud. differentiarum enim aliae quidem alteratum faciunt, aliae vero aliud. illae quidem quae faciunt aliud specificae vocantur, illae vero quae alteratum simpliciter differentiae

A nimali enim differentia adveniens rationalis aliud et speciem animalis fecit. Illa vero quae est movendi alteratum solum a quiescente fecit. quare haec quidem aliud, illa vero alteratum solum fecit. Secundum igitur aliud facientes divisiones fiunt a generibus in species et definitiones assignantur quae sunt ex genere et huiusmodi differentiis. secundum autem eas quae solum alteratum faciunt alteratio sola consistit et aliquo modo se habendi permutationes.

C A superioribus ergo rursus inchoanti dicendum est differentiarum alias quidem esse separabiles, alias inseparabiles. moveri enim et quiescere et sanum esse et aegrum et quaecumque his proxima sunt separabilia sunt. at vero aquilum esse vel simum vel rationale vel inrationale inseparabilia. Inseparabilium autem aliae quidem sunt per se, aliae vero per accidens. nam rationale per se inest homini et mortale et disciplinae esse perceptibile. at vero aquilum esse vel simum secundum accidens et non per se. Illae igitur quae per se sunt in substantiae ratione accipiuntur et faciunt aliud. Illae vero quae secundum accidens nec in substantiae ratione dicuntur nec faciunt aliud sed alteratum. Et illae quidem quae per se non suscipiunt magis et minus. Illae vero quae per accidens vel si inseparabiles sint intentionem recipiunt et remissionem.

N am neque genus magis et minus praedicatur de eo cuius fuerit genus, neque generis differentiae secundum quas dividitur. Ipsae enim sunt quae uniuscuiusque rationem definitionemque complent. esse autem uniuscuiusque unum idemque est neque intentionem neque remissionem suscipiens.

A quilum autem esse vel simum vel coloratum aliquo modo et intenditur et remittitur. Cum igitur tres species differentiae considerentur, et cum haec quidem sint separabiles, illae inseparabiles, et rursus inseparabilium cum haec quidem sint per se, illae vero per accidens, rursus earum quae sunt per se differentiarum aliae sunt secundum quas dividimus genera in species, aliae vero secundum quas haec quae divisa sunt specificantur. ut cum per se differentiae omnes huiusmodi sint animalis, animati et sensibilis, rationalis et inrationalis, mortalis et inmortalis, ea quidem quae est animati et sensibilis differentia constitutiva est substantiae animalis; est enim animal substantia animata sensibilis. ea vero quae est mortalis et inmortalis differentia et rationalis et inrationalis divisivae sunt animalis differentiae; per eas enim genera in species dividimus. sed hae quidem quae divisivae sunt differentiae generum completivae fiunt et constitutivae specierum. dividitur enim animal rationali et inrationali differentia et rursus ea quae est rationalis differentia et mortalis constitutivae definiunt hominem, rationalis vero et inmortalis deum. Illae vero quae inrationalis et mortalis inrationalium animalium sic. et supra substantiam cum divisiva sit animati et inanimati differentia et sensibilis et insensibilis, animata et sensibilis congregatae ad substantiam animal perfecerunt. quoniam ergo haec quidem aliquo modo, aliae autem divisivae specificae omnes vocantur, et his maxime opus est ad divisiones generum et definitiones, sed non his quae secundum accidens inseparabiles sunt, nec magis his quae sunt separabiles. quas etiam determinantes dicunt differentiam esse qua abundat species a genere. homo enim ab animali plus habet rationale et mortale. animal enim neque ipsum nihil horum est; nam unde habebunt species differentias? neque enim omnes oppositas habet; nam idem simul habebit opposita; sed quemadmodum probant, potestate quidem omnes habet sub se differentias, actu vero nullam; ac sic neque ex his quae non sunt aliquid fit, neque opposita circa idem sunt. Definiunt autem eam et hoc modo: differentia est quod de pluribus et differentibus specie in eo quod quale sit praedicatur. Rationale enim et mortale de homine praedicatum in eo quod quale quiddam est homo dicitur, sed non in eo quod quid est. quid est enim interrogatis nobis conveniens est dicere animal; quale autem animal inquisiti, quoniam rationale et mortale est convenienter assignabimus. Rebus enim ex materia et forma constantibus vel ad similitudinem proportione materiae speciei(que) constitutionem habentibus, quemadmodum statua ex materia est aeris, forma autem figura, proportionaliter autem dicitur quod proportione omnium specierum tenet idem compositione omnium partium vel specierum quae dependent ex ea contingunt per differentias figuras, sic et homo communis et specialis ex materia quidem similiter proportionaliter consistit genere, ex forma autem differentia, totum autem

: quidem accepere ... constitutivae ... aliquo modo

hoc animal rationale mortale homo est, quemadmodum ab illis est statutum. Describunt autem huiusmodi differentiam et hoc modo: differentia est quod aptum natum est dividere quae sub eodem sunt genere. Rationale enim et inrationale hominem et equum quae sub eodem sunt genere quod est animal dividunt. Adsignant autem etiam hoc modo: differentia est quo differunt a se singula. Nam secundum genus non differunt; sumus enim mortalia animalia et nos et inrationabilia, sed additum rationabile separavit nos ab illis. Rationabiles sumus et nos et dii, sed mortale adpositum disiunxit nos ab illis. Interius autem perscrutantes et speculantes differentiam dicunt non quodlibet eorum quae sub eodem sunt genere dividentium esse differentiam, sed id quod ad esse conducit et quod eius quod est esse rei pars est. Neque enim quod aptum natum est navigare erit hominis differentia et si proprium sit hominis. Dicimus enim animalium aliud quidem apta nata sunt ad navigandum, [alia minime,] illo nomine dividentes ab aliis, sed aptum natum esse ad navigandum non erat conpletivum substantiae, nec eius pars, sed aptitudo quaedam eius est. Idcirco quoniam non est talis qualis eae quae specificae dicuntur differentiae. Erunt igitur specificae differentiae quaecumque alterum faciunt speciem et quaecumque in eo quod quid est accipiuntur. Et de differentia quidem ista sufficiunt.

DE PROPRIO

Proprium vero quadrifariam dividunt. Nam et id quod soli alicui speciei accidit et si non omni, ut homini esse medicum vel geometrem; et quod omni accidit et si non soli, quemadmodum homini esse bipedem; et quod soli et omni et aliquando, ut homini in senectute canescere; quartum vero in quo concurrit et soli et omni et semper, quemadmodum homini esse risibilem. Nam et si non rideat, tamen risibile dicitur, non quod iam rideat, sed quod aptus natus sit. Hoc autem ei semper est naturale, et equo hinnibile. Haec autem dominanter propria perhibent, quoniam et convertuntur: quicquid enim equus et hinnibile, et quicquid hinnibile equus.

DE ACCIDENTI

Accidens est quod adest et abest praeter subiecti corruptionem. Dividitur autem in duo, in separabile et inseparabile. Namque dormire est separabile accidens, nigrum vero esse inseparabiliter corvo et aethiopi accidit. Potest autem subintelligi et corvus albus et aethiops amittere colorem praeter subiecti corruptionem. Diffinitur autem sic quoque: accidens est quod contingit eidem esse et non esse, vel quod neque genus neque species neque differentia neque proprium, semper autem est in subiecto subsistens.

Omnibus igitur determinatis quae proposita sunt, dico autem genere specie differentia proprio et accidenti, dicendum est quae eis communia et quae propria.

DE HIS COMMUNIBUS QUAE SUNT GENERI ET SPECIEI ET ACCIDENTI PROPRIO ET DIFFERENTIAE

Commune quidem omnibus est de pluribus praedicari. Sed genus quidem de speciebus et de individuis, et differentia similiter; species autem de his quae sub ipsa sunt individuis; accidens autem et de speciebus et de individuis. Namque animal de equis et bubus et canibus praedicatur, quae sunt species, et de hoc equo et de hoc bove quae sunt individua; inrationale vero de equis et de bubus et de his quae sunt particulares praedicatur. Species autem ut homo solum de his quae sunt particulares homines praedicatur. Proprium autem quod est risibile de homine et de his qui sunt particulares. Nigrum autem et de specie corvorum et de his quae sunt particulares, quod est accidens inseparabile; et moveri de homine et de equo, quod est accidens separabile, sed principaliter quidem de individuis, secundum vero posteriore vero oratione de his quae continent individua.

DE COMMUNIBUS GENERIS ET DIFFERENTIAE

Commune est autem generi et differentiae continere species; continet enim et differentia species, et si non omnes quod genera. Rationale enim et si non continet quae sunt inrationalia ut genus quemadmodum animal, sed continet hominem et deum, quae sunt species. Et quaecumque praedicantur de genere ut genus, et de his quae sub ipso sunt speciebus praedicantur; et quaecumque de differentia praedicantur ut differentia, et de ea quae ex ipsa est specie praedicabuntur. Nam cum genus sit animal, non solum de eo praedicatur ut genus substantia et animatum, sed etiam de his quae sunt sub animali speciebus omnibus praedicatur. Haec usque ad individua. Cumque sit differentia rationale praedicatur de ea ut differentia id quod est ratione uti; non solum de eo quod est rationale, sed etiam de his quae sub rationalibus speciebus praedicabitur ratione uti. Commune autem est et perempto genere vel differentia simul perimi quae sub ipsis sunt; quemadmodum si non sit animal, non est equus neque homo; et si non sit rationale nullum erit animal quod utatur ratione.

DE PROPRIIS GENERIS ET DIFFERENTIAE

Proprium autem generis de pluribus praedicari quam differentia et species et proprium et accidens. animal enim de equo et homine et bove et serpente, quadrupes vero de solis quattuor pedes habentibus; homo vero ut de solis individuis, et hinnibile de equo et de his qui sunt particulares. et accidens similiter de paucioribus. oportet autem differentias accipere quibus dividitur genus, non eas quae complent substantiam generis. amplius genus continet differentiam potestate. animalis enim hoc quidem rationale est, illud vero irrationale. amplius genera quidem priora sunt his quae sub se positis differentiis, quod simul quidem ea aufert, non autem simul aufertur; sublato enim animali simul aufertur rationale et irrationale. differentiae vero non auferunt genus. nam si omnes interimantur, substantia animata sensibilis subintellegi potest, quae est animal. amplius genus quidem in eo quod quid est, differentia vero in eo quod quale quid dicitur, quemadmodum dictum est, praedicatur. amplius quidem genus unum est secundum unamquamque speciem, ut hominis animal; differentiae vero plures, ut rationale mortale mentis et disciplinae perceptibile, quibus ab aliis differt. et genus quidem consimile est materiae, formae vero differentia. Cum autem sint et alia communia et propria generis et differentiae, nunc ista sufficiant. De communibus generis et speciei.

Genus autem et species commune quidem habent de pluribus, quemadmodum dictum est, praedicari. sumatur autem species ut species et non etiam ut genus, si fuerit idem species et genus. commune autem his est et priora esse eorum de quibus praedicantur, et totum quiddam esse utrumque. De propriis generis et speciei.

Differt autem quod genus quidem continet species, species vero continentur et non continent genera. in pluribus enim genus quam species est. genera enim praeiacere oportet et formata specificis differentiis perficere species. unde et priora sunt naturaliter genera et simul interimentia, sed quae non simul interimantur. et species quidem cum sit, est genus; genus vero cum sit, non omnino erit species. et genera univoce quidem de speciebus praedicantur, species vero de generibus minime. amplius quidem genera abundant earum quae sub ipsis sunt specierum continentia, species vero generibus abundant propriis differentiis. amplius neque species fiet umquam generalissimum neque genus fiet specialissimum. De communibus generis et proprii.

Generis autem et proprii commune quidem est sequi species. nam si homo est, animal est, et si homo est, risibile est. et aequaliter praedicatur genus de speciebus et proprium de his quae illo participant. aequaliter enim et homo et bos animal et Cato et Cicero risibile. commune autem et univoce praedicari genus de propriis speciebus et proprium quorum est proprium. De propriis generis et proprii.

Differt autem quoniam genus quidem prius est, posterius vero proprium. oportet enim esse animal, deinde dividi differentiis et propriis. et genus quidem de pluribus speciebus praedicatur, proprium vero de una sola specie cuius est proprium. et proprium quidem conversim praedicatur de eo cuius est proprium. genus vero de nullo conversim praedicatur. neque enim si animal est, homo est, neque si animal est, risibile est. si vero homo, et risibile est, et e converso. amplius proprium omni speciei inest cuius est proprium et soli et semper, genus vero omni quidem speciei cuius fuerit genus et semper, non autem soli. amplius species quidem interemptae non simul interimunt genera, propria vero interempta simul interimunt genera quorum sunt propria. et his quorum sunt propria interemptis et ipsa simul interimuntur. De communibus generis et accidentis.

Generis vero et accidentis commune est de pluribus, quemadmodum dictum est, praedicari, sive de separabilibus sit sive inseparabilibus. etenim moveri de pluribus, et nigrum de corvis et hominibus et Aethiopibus et aliquibus inanimatis. De propriis generis et accidentis.

Differt autem genus accidente quoniam genus ante species est, accidentia vero speciebus inferiora sunt. nam si et inseparabile sumatur accidens, sed tamen prius est illud cui accidit quam accidens. et genere quidem quae participant aequaliter participant, accidente vero non aequaliter. intentionem enim et remissionem suscipit accidentium participatio, generum vero minime. et accidentia quidem in individuis principaliter subsistunt, genera vero et species naturaliter principaliter priora sunt individuis substantiis. et genera quidem in eo quod quid est praedicantur de his quae sub ipsis sunt, accidentia vero in eo quod quale aliquid vel quomodo se habeat unumquodque. qualis enim est Aethiops interrogatus dicis niger, et quemadmodum se Socrates habeat dicis quoniam sedet vel ambulat. Genus vero quo ab aliis quattuor differat dictum est. contingit autem et unumquodque aliorum differre ab aliis quattuor, ut quinque quidem sint, unum autem ab aliis quattuor differat, quater quinque viginti fient omnes

differentiae sed semper posteriores enumerantur. Et secundis quidem una differentia superatur propterea quod omnia superat. Tertiis vero duabus, quartis vero tribus, quintis vero quattuor. Et decem omnes fiunt: quattuor, tres, duae, una. Genus enim differt a differentia et specie et proprio et accidente. Quattuor igitur sunt omnes differentiae. Differentia vero quod differt a genere dictum est quando quod differt genus ab ea dicebatur. Relinquitur igitur quod differat a specie, proprio et accidente dicere. Et fiunt tres. Rursus species quod quidem differt a differentia dictum est quando quod differt speciei et differentiae dicebatur; quod autem differt species a genere dictum est quando quod differt genus a specie dicebatur. Reliquum est igitur ut quod differat proprium ab accidente dicatur. Duae igitur et hae sunt differentiae. Proprium quod differat ab accidente relinquitur. Nam quod specie et differentia et genere differt praedictum est in illorum ad ipsum differentiae. Quattuor igitur sumptis generis ad cetera differentiis, tribus vero differentiae, duabus autem speciei, unius autem proprii ad accidens, decem erunt omnes, quarum quattuor quae erant generis ad reliqua superius demonstravimus.

De communibus differentiae et speciei.

Commune ergo differentiae et speciei est aequaliter participari. Hominem enim aequaliter participant particulares homines et rationalis differentiam. Commune vero est et semper adesse his quae participant; semper enim Socrates rationalis et semper Socrates homo.

De propriis differentiae et speciei.

Proprium autem differentiae quidem est in eo quod quale est praedicari, speciei vero in eo quod quid est. Nam etsi homo velut qualitas accipiatur, non sic simpliciter erit qualitas, sed secundum quod generi advenientes differentiae eam constituerunt. Amplius differentia quidem in pluribus saepe speciebus consideratur, quemadmodum quadrupes in pluribus animalibus specie differentibus, species vero in solis his quae sub specie individuis est. Amplius differentia prior est ab ea specie quae est secundum ipsam; simul enim ablatum rationale interimit hominem, homo vero interemptus non aufert rationale cum sit deus. Amplius differentia quidem componitur cum alia differentia; rationale enim et mortale compositum est in substantia hominis. Species vero speciei non componitur ut gignat aliquam aliam speciem; quidam enim equus cuidam asino permiscetur ad muli generationem, equus enim simpliciter asino numquam conveniens perficiet mulum.

De communibus differentiae et proprii.

Differentia vero et proprium commune quidem habent aequaliter participari ab his quae eorum participant; aequaliter enim rationalia rationalis et risibilia risibilis. Et semper et omnia adesse commune utrique est; si enim curtetur quis bipes, non substantialiter privatur, sed ad quod natum est habere, quoniam et risibile semper dicitur eo quod natum est habere et non eo quod semper rideat.

De propriis differentiae et proprii.

Proprium autem differentiae est quoniam haec quidem de pluribus speciebus dicitur saepe, ut rationale de homine et deo, proprium vero in una sola specie cuius est proprium. Et differentia quidem illis est consequens quorum est differentia, sed non convertitur; propria vero conversim praedicantur quorum sunt propria, idcirco quoniam convertuntur.

De communibus differentiae et accidentis.

Differentiae autem et accidenti commune quidem est de pluribus dici. Commune vero ad ea quae sunt inseparabilia accidentia semper et omnibus adesse; bipes enim semper adest omnibus corvis, et nigrum esse similiter.

De propriis differentiae et accidentis.

Differt autem quoniam differentia quidem continet et non continetur; continet enim rationale hominem; accidentia vero quodammodo quidem continent ... vero modo continentur eo quod non unius accidentis susceptibilia subiecta sint sed plurimorum. Et differentia quidem inintendibilis est et irremissibilis, accidentia vero magis et minus recipiunt. Et impermixtae quidem sunt contrariae differentiae, mixta vero contraria accidentia. Huiusmodi quidem communiones et propria et differentiae et ceterorum sunt. Species vero quo quidem differat a genere et differentia dictum est, quando genus differt a ceteris et quod differentia differat a ceteris.

quodammodo tamen eo quod in pluribus sit quodam

De communibus speciei et proprii

Speciei autem et proprii commune est de se invicem praedicari. Nam si homo, risibile est, et si risibile, homo est. Risibile vero quoniam secundum id quod natum est dictum est, saepe iam dictum est. Aequaliter enim sunt species his quae eas participant et propria quorum sunt propria.

De propriis speciei et proprii

Differt autem species a proprio, quoniam species quidem potest et aliis genus esse, proprium vero et aliarum specierum esse impossibile est. Et species quidem ante subsistit quam proprium, proprium vero post fit in specie; oportet enim hominem esse ut sit risibile. Amplius species quidem semper actu adest subiecto, proprium vero aliquando potestate; homo enim semper actu est Socrates, non vero semper ridet, quamvis sit natus semper risibilis. Amplius quorum termini differentes, et ipsa sunt differentia; est autem speciei quidem sub genere esse et de pluribus et differentibus numero in eo quod quid est praedicari et cetera huiusmodi, proprii vero quod est soli et semper et omni.

De communibus speciei et accidentis, [scil.] adest.

Speciei vero et accidentis commune quidem est de pluribus praedicari; rarae vero aliae sunt communitates, propterea quod plurimum distant a se accidens et cui accidit.

De propriis speciei et accidentis

Propria vero utriusque: speciei quidem in eo quod quid est praedicari de his quorum est species, accidentis autem in eo quod quale quiddam vel aliquo modo se habens; et unamquamque substantiam una quidem specie participare, pluribus autem accidentibus et separabilibus et inseparabilibus; et species quidem ante subintellegi quam accidentia, vel si sint inseparabilia (oportet enim esse subiectum ut illi aliquid accidat), accidentia vero posterioris generis sunt et adventiciae naturae. Et speciei quidem participatio aequaliter est, accidentis vero, vel si inseparabile sit, non aequaliter; Aethiops enim alio Aethiope habebit colorem vel intentum amplius vel remissum secundum nigredinem.

Restat igitur de proprio et accidenti dicere; quomodo enim proprium a specie et differentia et genere differt dictum est.

De communibus proprii et accidentis

Commune autem proprii et inseparabilis accidentis est quod praeter ea numquam consistunt illa in quibus considerantur; quemadmodum enim praeter risibile non subsistit homo, nec praeter nigredinem subsistit Aethiops. Et quemadmodum semper et omni adest proprium, sic et inseparabile accidens.

De propriis proprii et accidentis

Differunt autem quoniam proprium uni soli speciei adest, quemadmodum risibile homini; inseparabile vero accidens, ut nigrum, non soli Aethiopi sed etiam corvo adest et carboni et ebeno et quibusdam aliis. Quare proprium conversim praedicatur de eo cuius est proprium et est aequaliter; inseparabile vero accidens conversim non praedicatur. Et propriorum quidem aequaliter est participatio, accidentium vero haec quidem magis, illa vero minus. Sunt quidem et aliae communitates et proprietates eorum quae dicta sunt, sed sufficiunt etiam haec ad discretionem eorum communitatisque traditionem.

Explicit liber isagogarum Porphirii.

tati aut falsitati obnoxia. quam vocat sergius
effatum. varro proloquium. cicero enuntiatum.
greci protasin tum axioma. Ergo verbum
e verbo tum protensionem tum rogamentum fami
liarius tamen dicetur propositio;
Propositionum igitur perinde ut ipsarum
conclusionum duae species altera praedicativa
quae etiam simplex est. ut si dicamus qui regnat
beatus est. altera substitutiva vel condicio
nalis quae etiam composita est. ut si dicas. qui reg
nat si sapit beatus est; substituis enim condicionem.
quam nisi sapiens est non sit beatus; Nos nunc
de praedicativa dicemus. quia natura prior est
velut elementum substitutivae; Sunt et aliae

differentiae quantitatis et qualitatis;
Quantitatis quidem quod aliae universales sunt
ut omne spirans vivit; aliae particulares, ut quae
dam animalia non spirant; aliae indefinitae,
ut animal spirat; non enim diffinit utrum om
ne an aliquod; sed tamen pro particulari semper valet,
quia tutius est id ex incerto accipere quod minus est;
qualitatis autem quod aliae dedicativae sunt, quae dedi
cant aliquid de quopiam, ut virtus bonum est; dedi
cat enim virtuti inesse bonitatem; aliae abdicativae,
quae abdicant aliquid de quopiam, ut voluptas non est
bonum; abdicat enim voluptati inesse bonitatem. At
·⁊· in quibus evenit At Stoici hanc quoque dedicativam putant, cum dicunt ... (cuidam)
voluptati bonum non esse. Ergo dicat quid evenerit
et id est quid sit. Idcirco dedicativam inquiunt,
quia dicit in quo negavit esse dedicat id quod non videtur
esse; Solam autem abdicativam vocant cui ne
gativa particula praeponitur; Verum hi quidem
:tum hic cum in aliis; hac revincuntur; si quis ita roga
verit, quod nullam substantiam habet non est; cogen p
tur enim secundum quod dicunt confiteri esse quod non
est, quod non nullam substantiam habet. Ceterum propositio
ut ait in Theaeteto Plato, duabus paucissimis
orationis partibus constat, nomine et verbo, ut
Apuleius disserit; quod aut verum aut falsum est,
et ideo propositio est; unde quidem rati has duas
solas orationis esse, quod ex his solis fieri possit
perfecta oratio, id est quod habunde sententiam
comprehendant; Adverbia autem et pronomi
na et participia et coniunctiones et id genus
cetera quae grammatici numerant non magis
partes orationis esse quam navium aplustria et
hominum pilos, aut certe in universa conpage
orationis vice clavorum et picis et glutinis
deputanda; Porro ex duabus praedictis par
tibus altera subiectiva nominatur velut sub
subdita, ut Apuleius; altera declarativa, ut dis
serit, non disserit; Declarat enim quid faciat
Apuleius; licet autem eadem vi manente utramque
partem in plura verba protendere, ut si pro
Apuleio dicas philosophum Platonicum Madau
rensem, item pro disserendo dicas uti oratione.
Plerumque autem subiectiva minor est, declara
tiva maior, et non hanc modo sed alias quoque
subiectivas conprehendens; non enim solus Apule
ius disserit, sed et alii plurimi quae sub ea
de declaratione possunt contineri. Nisi for
te proprium cuiuspiam de eo declaretur, ut si di
cas qui equus est hinnibile est; nam proprium est equi
hinnire; et idcirco tunc proprius par est decla
rativa parti subditae, ac non ut in ceteris
maior, quippe cum eadem possit mutata vice
subdita fieri et quam prius habuerit subditam
nunc habere sui declarativam, ut si verso
ordine praedicas quod hinnibile est equus est.
At non itidem ubi inpares partes convertere
vices possis. Non enim quia verum est omnem hominem
animal esse, idcirco sic convertas ut verum erit
omne animal hominem esse. Neque enim ... ΕΝΙΝ ΛΕΟΝ
ut proprium est equi hinnibile, ita proprium est
homini animal esse, cum sint animalia alia innu
mera; Agnoscatur hic de pluribus declarativa
hic et converso ordine rogamentum proponatur;
homo quod plura conprehendere potest
declarativa tamquam subdita. Dehinc quod non quam
vocabulo sed semper verbo terminantur, quo prae
cipue et a ceteris illis proprietatibus a parte sub
iectiva discernuntur; Id etiam pro similitudine
tenendum est, quia sicut sunt propositiones definitae
et indefinitae, ita etiam particulas tam subiectivas
quam declarativas parti definitas esse, ut homo
animal; parti indefinitas, non homo non animal;
non enim definiunt quid sit, cum hoc non sit, sed tantum
ostendunt aliud praeter hoc esse. Nunc dicendum est
quemadmodum quattuor illae propositiones inter se
affectae sint; quas non abre est in quadrata
formula spectare. Sunt igitur in superiore
linea, ut infra scriptum est, universale dedica
tiva et abdicativa, ut omnis voluptas bonum est,
omnis voluptas bonum non est, dicanturque haec
inter se incongruae; item in inferiore linea sub
utraque particulares subnotentur, quaedam
voluptas bonum est, quaedam non est bonum, dicanturque
inter se subpares; Deinde obliquae duca
tur lineae angulares, altera pertinens ab uni
versali dedicativa ad particularem abdicativam,
altera a particulari dedicativa ad universalem
abdicativam; quae inter se et quantitate et quali
tate

V

contrariae alter utrae nominantur; quoniam necesse est alterutram ueram esse quae ad perfectam pugnam integra, at inter supparos et integra pugna diuiduae. quod incongruae numquam quidem fiunt simul uerae; inter dum tamen simul mentiuntur.

Subpares autem mutata uice numquam quidem simul mentiuntur. Interdum tamen fiunt simul uerae et adeo utriuslibet harum remotio confirmat alteram. non tamen alterius confirmatio remouet alteram; De incongruis qui utram uis posuit utique alteram tollit. [non tamen mutata uice qui utram uis tollit] utique alteram ponit; enim uero de alter utris qui sui utram uis conprobat utique alteram refutat. utique alteram conprobat; Ceterum uniuersalis utra uis particularem suam conprobata utique confirmat. reuicta non utique infirmat. Particularis autem uersa uice uniuersalem suam reuicta utique infirmat. probata utique confirmat; haec omnia ita esse ut diximus ex ipsis propositionibus facile ostenduntur infra scripta



Certum est enim quod concedat qui aliquid proposuerit; destruitur autem utra uis uniuersalis trifariam dum aut particularis eius falsa ostenditur. aut utra uis aut ex duabus ceteris uera siue incongrua siue sub neutra; Instruitur autem uno modo si altera utra eius falsa ostenditur; Contra particularis uno quidem modo destruitur si altera utra uera ostenditur. Instruitur autem trifariam si aut uniuersalis eius uera est aut utra uis ex duabus ceteris falsa siue subpar ei siue sub neutra; Eadem seruabimus et in aequipollentibus propositionibus; Aequipollentes autem dicuntur quae alia enuntiatione tantundem possunt. et simul uerae fiunt aut simul falsae. altera ab altera scilicet sicut indefinita et particularis. Item omnis propositio si assumat in principio negatiuam particulam, fit alter utra ei aequipollens. ut cum sit uniuersalis dedicatiua omnis uoluptas bonum, si ei negatio praeponatur. fit: non omnis uoluptas bonum tantundem ualens quantum ualebat alter utra ei quaedam uoluptas non est bonum;

Hoc in ceteris ut in propositionibus intellegendum est. Deinde de conuersione. Conuersibiles propositiones dicuntur uniuersalis abdicatiua et alter utra ei idem particularis dedicatiua. eo quod particulae earum subiectiua et declaratiua possint semper inter se seruare uices permanente conditione ueritatis aut falsitatis. Nam ut uera est haec propositio nullus prudens impius. ita si conuertis partium uices uera erit. nullus impius prudens; Item ut falsum est nullus homo animal. ita et si conuertas falsa erit. nullum animal homo; pari ratione et particularis dedicatiua conuertitur. quidam grammaticus homo est. et contra quidam homo grammaticus est. quod duae ceterae propositiones semper facere non possunt. quamquam interdum conuertuntur nec tamen idcirco conuersibiles dicuntur; Nam quod alicubi fallit certo repudiatur.

Ergo undique propositio per omnes significationes repperiendae ut ad tantam conuersa congruat. nec unum uerae istae sed quicquid solet aut proprietas declaratur alicuius. aut genus aut differentiae. aut finis aut accidens. Nec propter haec umquam inueniri potest nulla propositione. ut si hominem subsistuas quicquid de eo dixeris. aut proprium ei significaberis ut est cachinnabile. aut genus ut animal aut differentiam ut rationale. aut definitionem ut animal rationale mortale. aut accidens ut orator. Cum propterea omne declaratiuum aut potest ei uicissim fieri subiectiuum aut non potest. et si potest. aut significat quid sit. et est definitio. aut non significat et est proprium. Sin autem non potest aut id est in definitione poni debeat; atque est genus uel differentia aut quod non debeat est accidens.

Igitur per haec agnoscetur particularis abdicatiua non esse conuersibilis. uniuersalis autem dedicatiua et ipsa quidem non est conuersibilis sed particulariter tamen potest conuerti. ut cum sit omnis homo animal non potest ita conuerti ut sit omne animal homo sed particulariter potest. quoddam animal homo. Utrum in simplici conuersione quae in conclusionibus et inlationibus

reflexio nominatur. Est enim et altera propositionum conversio quae non tantum ordinem sed etiam ipsas particulas in contrarium perducit, ut quae definita est indefinita fiat, et contra quae indefinita est definita. Hanc conversionem vicissim reliquae duae admittunt, universalis dedicativa et particularis abdicativa, ut omnis homo animal, omne non animal non homo. Item quoddam animal non est rationale, quoddam non rationale animal. Idque esse perpetuo iudicimus, si illas quas praedicat species explorabis. Coniugatio autem propositionum dicatur ipsa conexio earum per aliquam communem particulam qua inter se copulantur. Ita enim possunt ad unam conclusionem consentire. Quae particula communis necesse est aut in utraque propositione subiecta sit aut in utraque declarans, aut in altera subiecta in altera declarans. Tres igitur formulae fiunt. Quarum prima dicatur cum illa communis particula in altera subiecta in altera declarans est, quam non de numero enumerationis sed conclusionum dignitate contentus est [illegible].

Quippe ultima est formula tertia quia nihil in ea nisi particulare concluditur. Hac superior est secunda quae habet conclusiones universales sed tamen abdicativas tantum. Et ideo sic prima pollet quia in omne genus illationum concludit. Dico autem illationem vel illativum rogamentum quod ex acceptionibus colligitur et infertur. Porro acceptio est propositio quae conceditur a respondente, ut si quis ita proponat: est ne omne honestum bonum? propositio est. Et si assenserit alter et dicit, fit acceptio remota interrogatione, quae etiam ipsa tamen communi appellatur propositione: omne honestum bonum est. Huic iunge alteram acceptionem similiter propositam et concessam: omne bonum utile est. Ex hac coniugatione ut mox ostendemus

Primi modi fit illativum si directum verum universale: omne igitur honestum utile est, si rex felix in particulare: quoddam igitur utile honestum est, quia particulariter communi in reflexionibus converti potest universalis dedicativa. Directum autem dico inferri cum eadem particula subiecta est tam in coniugatione quam in ipsa illatione, itemque declarans sit eadem cum utrobique; reflexivum vero cum hoc fit versa vice. Ceterum tota ratiocinatio ista quae ab acceptionibus et illatione constat, collectio vel conclusio nominetur. Secundum Aristotelem commodissime potest ita definiri: oratio in qua concessis aliquibus aliud quiddam praeter illa quae concessa sunt necessario evenit, sed illa ipsa concessa. In qua definitione et orationis species non alia quam pronuntiabilis intellegenda est, quae ut supra diximus sola aut vera est aut falsa. Ut concessis aliquibus pluraliter dictum est, quia ex una acceptione non fit collectione, licet Antipatro Stoico contra omnium sententiam videatur plena conclusio esse: vides, vivis igitur, cum sit ullo modo plena si vides, vivis; atqui vides, vivis. Igitur ideo quia concludere volumus non quod concessum est nobis sed quod negatum, idcirco in definitione aliquid aliud praeter illa quae concessa sunt necessario evenire; quapropter supervacanei sunt moduli Stoicorum non differenter [illegible] pagentes: aut dies est aut nox, atqui dies est; item idem geminantes: si dies est, dies est; dies igitur est. Frustra enim colligunt quod sine controversia ultro conceditur. Illud potius videri sint licet cum dico: si dies est, lucet; atqui dies est; igitur lucet. Non male colligere praeter quod accepi, nam quod est in conclusione lucet fuerat et in propositione; hoc tamen [illegible] tantum fuit [illegible] aliter dicam in conclusione: igitur lucet, ut ostendatur nunc lucere, aliter in propositione acceptum, in qua non est dictum nunc lucere, sed tantum consequens esse, ut si dies sit utique et lucet. Multum autem refert nunc affirmes aliquid esse an tantum solam esse cum aliud quiddam praecesserit. Ita illud quod in eadem definitione necessitas factum est, ut in conclusionis ea similitudine inductionis distingueretur. Nam et in definitione quaedam conceduntur, ut puta: homo inferiorem malam movet, equus inferiorem movet, et bos et canis; in his factionibus in conclusione aliud quiddam infertur: ergo et omne animal inferiorem malam movet, quod cum sit in corcodrillo falsum, potes superioribus concessis in illatione ipsam non recipere quamvis in conclusione

non licuisset recusare. quippe cuius illatio in
ipsis acceptionibus continetur. Et ideo in ea ad
ditamentum necessario euenire; ne ultima quidem
definitionis uacat. sed ostendit quid ipsa conces
serit euenire debere illationem. ceterum X

ratam non fo re accederet quod ... dictum

Nunc tradendum est quibus modis et coniugati
onibus fiant intra certum numerum praedicatiui
generis uerae conclusiones. quippe in prima
formula VIIII solimoduli, sex autem coniuga
tiones repperiuntur. In secunda IIII modu
li tres coniugationes. In tertia VI moduli
coniugationes. de quibus hic iam suo ordine de
monstrabo. praefatus neque ex particularibus
solis neque abdicatiuis solis ratam fieri conclusi
onem. quia saepe possunt et falsa conducere.
Item quamlibet multas dedicatiuas si iteraueris
iungatur dedicatiua non est. Non abdicatiuam
fieri illationum tantum uel unam mixtam ceteris
particulas similes et utique particularis et utique particula quae
uis est. utramuis enim mixta cum uniuersalibus particulare
facit illationem. Igitur in prima formula modus
primus est qui conducit ex uniuersalibus dedicatiuis
dedicatiuum uniuersale directim. ut omne iustum honestum
omne honestum bonum. omne igitur iustum bonum est;
at si reflexim inferas quoddam igitur bonum iustum.
fiet quintus ex eadem coniugatione V modus. nam si rata
reflecti possit uniuersale dedicatiuam supra docui
Secundus modus est qui conducit uniuersalibus dedicatiua et
uniuersali abdicatiua abdicatiuum uniuersale direc
tim. ut omne iustum honestum. Nullum honestum turpe
nullum igitur iustum turpe; at si reflexim inferas
nullum igitur turpe iustum. Sextum modum ef
fecerit. nam ut dictum est reflectitur in se uni
uersalis abdicatiua; tantum meminisse de
bemus subiectum ex dedicatiua trahendum
ad illationem ex secundo modo. atque ideo eam
priorem estimandam. licet ante abdicatiua
enuntietur. similiter et in ceteris priorem
potestate prior intellegatur. In sexto autem
modo trahitur subiectiuis ex abdicatiua
haec sola differentia eorum. Item tertius modus
qui conducit ex dedicatiuis particulari et uni
uersali dedicatiuum particulare directim ut
quoddam iustum honestum omne honestum utile
quoddam igitur iustum utile. sed si reflexim inferas
quoddam igitur utile iustum. Septimum modum
fecerit. nam ut dictum est reflectitur in se particularis
dedicatiua; Quartus modus est qui conducit ex par
ticulari dedicatiua et uniuersali abdicatiua
abdicatiuum particulare directim. ut quoddam
iustum honestum est. nullum honestum turpe. quoddam
illa igitur iustum non est turpe. ex hoc modo
contrariae iacet inueniuntur priorem VIII
et nonus. quippe seruat ei illationem. nonum
illi reflexa coniugationem ipsarum tantum re
flectunt propositionibus eque pollentibus mutato
que ordine ut prior fiat abdicatiua atque
ideo conducere dicitur ambo per coniugatio
nes conuersionem. nam et si abdicatiuam uni
uersalem quarti conuertas subiciasque
uniuersalem dedicatiuam quae conuerteret
particularem eius dedicatiua fit. Octauus
modus est qui conducit ex uniuersalibus abdica
tiua et dedicatiua particulare abdica
tiuum reflexim uelut. Nullum turpe honestum
omne honestum iustum quoddam igitur iustum non est
turpe. Nonus quoque modus per similem conuersionem
ex uniuersali abdicatiua et particulari
abdicatiua abdicatiuam particularem con
ducit reflexim. Nullum turpe honestum quod
dam honestum quoddam igitur iustum non est turpe
Verum autem solus IIII modus duos generauerit cete
ris singulos. illa ratione quia primi modi si utram
que propositionem conuertamus fiet coniugatio
inrita duarum particularium; sin alterum
tantum fiet ut secunda formula aut tertia
Ita secundi modi si utramque conuertas fiet
coniugatio. Non qualem ostendimus ex initio
gigni quia uniuersalis dedicatiua secun
di modi non nisi particulariter conuerti
potest. sin alteram tantum fiet secunda for
mula aut tertia. ex his certe igitur in prima
formula modi sunt VIIII. primi uero in
demonstrabiles nominentur non quod
demonstrari nequeunt ut uniuersi marius
estimant quod nondum demonstrans eis it
ut circuli quadratura sed quod tam simpliciter
tamquam manifesti sint ut demonstrationem

non negabunt adeo ut si certero signa[?] fideq; illis
exinde[?] tinant

DE SECUNDA FORMULA

Nunc formulae modos trademus secundae primus modus in secunda formula est qui conducit ex universalib; dedicatiua et abdicatiua abdicatiuū universale directū uelud omne iustū honestū nullū turpe honestū nullū igitur iustū turpe hic redigitur in secundū indemonstrabilē conversa ei secunda propositione. Secundus modus est qui conducit ex universalib; abdicatiua et dedicatiua abdicatiuū universale directū uelud nullū turpe honestū omne iustū honestū nullū igitur turpe iustū. hic coniugatione non differt a priore nisi quod subiectiuā particulā abdicatiua trahit ad inlationē quintouam[?] autē enuntiationis ordo quod in prima formula fieri non potest. Tertius modus est qui conducit ex particulari dedicatiua et universali abdicatiua abdicatiuū particulare directū uelud quoddā iustū honestū nullū turpe honestū quoddā igitur iustū non est turpe huius si convertamus universalē abdicatiuā fit indemonstrabilis quartus ex quo hic nascitur

Quartus modus est qui conducit ex particulari abdicatiua et universali dedicatiua abdicatiuū particulare directū ut quoddā iustū non est turpe omne malū turpe quoddā iustū non est malū. hic solus modus tantū per inpossibile opprobatur de qua propositione dicemus expositis modis formulae tertiae. Tertia formula primus modus est qui conducit ex dedicatiuis universalib; dedicatiuū particulare tā directum quā reflexū ut omne iustū honestū. omne iustū bonum quoddā igitur honestū bonū uel sic quoddā igitur bonū honestū. quippe non interest utra[?] ex propositione facias particulā subiectiuā quin non interest utrā prius enuntieris ideo non recte arbitratus est theofrastus propter hoc non unū modū hunc sed duos esse

Secundus modus est qui conducit ex dedicatiuis particulari et universali dedicatiuū particulare directum ut quoddā iustū honestū omne iustū bonū quoddā igitur honestum bonū. Tertius modus est qui conducit ex dedicatiuis universali et particulari dedicatiuū particulare directum ut omne iustū bonum quoddā iustū honestū quoddā igitur iustū honestū bonum. Quartus modus est qui conducit universalib; dedicatiua et abdicatiua abdicatiuū particulare directū ut omne iustū honestū nullū iustum malū. quoddā igitur honestū non est malū.

Quintus modus est qui conducit ex dedicatiua particulari et abdicatiua universali abdicatiuū particulare directū ut quoddā iustū honestū nullū iustū malū quoddā igitur honestum non est malū. Sextus modus est qui conducit ex dedicatiua universali et abdicatiua particulari abdicatiuū particulare directū ut omne iustū honestū quoddā iustū non est malū. Ex his vi modis primi iii rediguntur ad tertiū indemonstrabilē conversa priore propositione primi et secundi. tertius enim secundo eandē coniugationē hoc uno differens quod ex universali trahit particulā subiectiuā propter quod non tantū propositionis uerū etiā illationis conversione reditur ad tertiū.

Item quartus et quintus nascuntur ex indemonstrabili ·iiii^to· conversis priorib; propositionib; eorū. Sextus autē modus nec utraq; nec altera redigi conversa ad indemonstrabilē aliquē potest sed per inpossibile tantū adprobatur sicuti quartus in secunda formula et ideo in utraq; novissimi numerantur ceterorū autē in omnib; formulis ordinatio facta est per differentia coniugationem et inlationū nā prius sit dicere quā negare potentius quae universale quā particulare. Priores sunt universales particularib; et in utrisq; dedicatiuo et illatio similes sunt. his ponitur modus qui celerius ad indemonstrabilē redigitur. quondam est una conversio neq; una probatio est certos eos ad cludendū modos esse est et altera probatio communis omniū etiā indemonstrabiliū quae dicitur inpossibile appellatur quae ab stoicis prima constitutio uel primū expositū

quod sic definiunt si ex duob; tertiũ quid colligitr
alterũ eorũ cũ contrario illationis colligit con
trariũ reliquo. Ueteres autem sic difinierunt
(sio)nes O mnes conclusi; si sub lata sit illatio absumpta
alterutra positione tolli reliquã. quae res
inuenta ẽ aduersus eos qui concessis accepcio
nib; id quod ex illis colligitur inpudenter re
cusant p hoc conpellantur ad inpossibilia dũ
ex eo quod negant contrariũ aliquid inueni
tur ei. quod ante cesserant porro contraria
simul eẽ uera inpossibile ẽ ergo p inpossibile
conpelluntur ad conclusionẽ nec frustra cons
tituerẽ dialectici eum uerũ modo eẽ cuius aduer
sũ illationis cũ alterutra accepcione tollat
reliquã. Et stoici quidẽ tantũ negatiua
particula pposita putant illationem recu
sari uel ex propositionib; alterã tolli. Ut
puta. omnis. non omnis. ueteres uero & p
alterutram. Igitur bifariã recipta.
omnis non omnis. quidã non quidã fiunt
Igitur aduersus unãquaq; conclusionẽ
contrariae quae opponantur octo quarũ utra
q; acceptio bifariã tollitur. fiuntq; conclu
siones bis quaterne modo negatiua parti
cula preposita illationi modo alterutra
illationis accepta exemplo sit sit primus
indemonstrabilis. omne iustũ honestũ omne
honestũ bonũ omne igitur iustũ bonũ qui hanc
illationẽ concessis ppositionib; necesse ẽ dicat
qd dã iustũ non ẽ bonũ. huic si preponas pri
orẽ ex duob; concessis omne iustũ honestũ fit
illatio secundũ sextũ modũ in tertia for
mula quod dã igitur honestũ non ẽ bonũ
quod se repugnat secunde ppositioni que
concesserat omne honestũ bonũ haec omnia
oposita conclusioẽ filiis dẽ manentib, equi
pollentis, eius inferantur. Non igitur omne
honestũ bonũ similiter & ceterae fiant due
conclusiones sicut nunc p posimus priorem
propositionẽ sic assumamus posteriorem
quoddã iustũ nẽ bonũ omne honestũ bonũ
fit illatio IIII. modo in secunda formula duplex
non igitur omne iustũ honestũ uel quoddã
igitur iustũ honestũ non ẽ quarũ utrã uis atq;

priori propositio repugnat quae concesserat
omne iustũ honestũ his. IIII. conclusionib; manenti
b; tantũ ppositionum tertiae prõ eo quod erit
quoddã iustũ non ẽ bonũ facias non omne
iustũ bonũ his famasit sublata inlatio. Erunt
alterę IIII. conclusiones hisdẽ mutationib;
ut si pro eodẽ facias nullũ iustũ bonũ ut bi
fariasit sublata illatio erunt tertiae. IIII
conclusiones dumtaxat in quae habebunt
uniuersalẽ illationẽ ea enim potest sola tri
faria tolli. & tit ceteris sole. VIII quas si quis
uelit singillatim sub unoquoq; p omnes for
mulas poterit suggerere ad exemplũ qd
pposuimus ut sint iã q potest eorũ numere pli
terar ordine ppositionũ & partiũ com
mutato. sed ut manente sit primus demons
trabilis secundus talis. a de omnib; & ab
de omnis igitur de omnis incipiunt a decla
rate atq; ideo a secunda propositione
hic a dea modus secundũ hos pretextar
retro talis ẽ omne. f B. omne. B A. omne
igitur. f A. Stoici porro pliteris nume
ros usurpant ut si primũ secundũ. atqui
primũ secundũ Igitur uerũ aristoteles
in primo formula. IIII. solos indemons
trabiles prodidit theofrastrus & ceteri
V. enumerant nã propositionẽ iungens
& infinita colligens quae illationẽ inde
finitione super uacaneũ ẽ tradere cum
indefinita pparticularia & eidem fieri
risent modi quas particularib; hemiam
ostendimus. in prima formula. IIII. quod
si quis uelit geminari indefinita tam
p particulari accipiens indefinitaq; subi
ciens illationẽ. Erunt omnes VIIII. & XX.
Ariste autẽ alexandrius & non nulli
p ipathetici. iuniores. V. alios modos
preterea suggerunt uniuersales
illationes in prima formula. III. in se
cunda formula. II. p quib; illi particu
lares inferunt quod per quã ineptũ est
cui plus concessit sit minus concludere
Omnes autẽ modos in trib; eorũ formu
lis certos non sisi unũ & XX esse quos

supra ostendimus conprobatur. IIII fiunt propositione duae particulares, II universales. Harum unaquaeque, ut ait Aristoteles, et ut sit subiecta aliis tribus praeponatur, quaternae scilicet coniungantur atque ita senae denae coniugationibus singulis formulis erunt. Harum sex atque quadraginta omnibus invalent duo quidem cum ex abdicativis contrariis altera praecedit; IIII autem cum ex particularibus utravis vel semel praecedit subdita. Nihil enim concludi potest ubicumque aut duae particulares sunt aut duae abdicativae. Igitur remanent singulis formulis denae coniugationes. Porro ex his tam in prima quam in secunda formula duae non valent cum universalis dedicativa particularis ponitur. Similiter et in prima et in III formula duae refutantur quibus particularis abdicativa utravis dedicativam antecedit. Quo fit ut remaneant primae formulae sex coniugationes, iam in tribus formulis adhuc octone, ex quibus una in neutra probatur cum universalis abdicativa praecedit particularem dedicativam. Ex his septenis quae super sunt, iam propriae sunt in secunda formula IIII falsa cum universalis dedicativa vel sibimet ipsa vel particulari seu utrovis loco iungitur vel cum praecedit altera. Item propriae in III formula duae non valent cum utravis abdicativa universalis dedicativae praeponitur; reliquas certe esse III in secunda et tertiae formulae supra ostendimus cum eas ad sex coniugationis primae formulae redigeremus. Igitur ex XLVIII coniugationibus XIIII solae probantur. Ceterae XXXIIII quas enumeravi merito repudiantur quia possunt ex veris falsa concludere, quod cuivis facile est experiri per illas supra dictas V significationes generis, proprii et ceteris. At ex illis XIIII quas probavimus non plures quam dixi tum esse modos fieri docent ipse illationes utcumque directissime tum reflexim quousque veritas ipsa passa est. Praeter eam non potest numerus augeri.

Expl. Periermeniae Apulei. Expliciunt in quibus continentur categorici syllogismi. In periermenias Aristotelis commentarium Boetii

INCIPIT LIBER PRIMUS

Magna quidem libri huius apud Peripateticam sectam probatur auctoritas. Hic namque Aristoteles simplicium propositionum naturam diligenter examinat. Sed est series eius scrupulosa impeditur semita et subtilibus pressa sententiis aditum intellegentiae facilem non relinquit. Quocirca nos libri huius enodationem duplici commentatione supplevimus, et quantum simplicem quidem intellectum sententiarum oratio brevis obscuraque complectitur, tantum hac huius operis tractatione digessimus; quod vero altius acumen considerationis exposcit, secundae series editionis expediet. Nunc autem tantum lector expectet quantum pedetemptim minutatimque secundum ordinationis ordinem textumque sermonis id quod angustia brevitatis latet intellegat. Et prius quae sit huius operis inscriptio breviter demonstrandum est. Inscribitur enim liber graece ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ, quod latine de interpretatione significat. Quid ergo sit interpretatio paucis absolvam. Interpretatio est vox significativa per se ipsa aliquid significans. Sive enim nomen sit quod per se significat, ut est homo, sive verbum, ut est curro, sive etiam quod grammatici participium vocant, sive pronomen est, sive ex his iuncta oratio ut est homo currit, sive etiam aliis alio modo vel nomen vel verbum vel ex his oratio iuncta per se aliquid significet, interpretatio nominatur. Quare cum sint quaedam in orationis partibus quae per se nihil significant, aliis iunctae designent, ut sunt coniunctiones vel praepositiones, haec interpretationes esse non dicimus. Interpretatio enim sive simplex est ut nomen et verbum, sive composita ut ex his iuncta copulataque oratio, vel per se ipsa significare debet si simplex est, vel ex his quae per se significant iuncta esse si composita est. Quare etiam interpretatio est vox aliquid per se ipsa significans. Sed cum verba

nominaque interpretationes sunt. oratio quoque
omnis quae ex significantibus praedicamentis
iungitur. interpretatio nuncupatur; & sunt
plurimae interpretationes. inter quas illa
quoque est oratio. in qua uerum falsumque inueniri
potest. id est enuntiatiua. de qua hoc libro trac
tandum est. idcirco igitur aristoteles de eo
muni nomine & continenti libro titulum scrip
sit; interpretationaque est nomen & uerbum. interpre
tatio etiam est huiusmodi oratio; Omnis homo
animal est. sed in hac uerum falsumque auditor
intellegit; haec enim oratio quae dicit omnis
homo animal est. uera uel falsa est. interpretatio
quoque est etiam huiusmodi oratio. da mihi codicem.
in quo uerum falsumque nullus inueniat; & enim
da mihi codicem neque uerum esse poterit. neque fal
sum; quocirca quoniam de his solis orationibus;
in quibus uerum falsumque repperitur quas enun
tiationes uel propositiones uocamus quae in
terpretationes sunt disputaturus est. quoniam quae de
nominibus illi uerbis quae dicendum est quid erunt.
quamque in significatione retinet. uterque
librum de interpretatione signauit; nec hoc
nos turbat quod sunt quaedam interpretationes
de quibus in hoc libro non tractat; tamquam enim
siquis de homine disputans titulum operis
de animali posuisset quamquam non de omni animali
tamen quoniam de aliquo disputaturus esset recte de animali li
bro nomen imponeret. ita...non de omni inter
pretatione ... quoniam de ea quae est enuntiatio et
de nominibus et uerbis quae interpretationes simplices sunt
dicendum erat. de communi et generali uocabulum
libri de interpretatione conposuit; est autem inten
tio de simplici enuntiatiua oratione dissere
re; simplex autem enuntiatiua oratio est in qua
cum uerum falsumue sit. illud tamen est ut sine
coniunctione totius orationis ordo proponatur. ut est homo est. homo animal est. homo
currit. homo pecus non currit. hae enim propositiones simplices coniunctione proponitur. & hae
dicuntur praedicatiuae. illae quae sunt huiusmodi.
si sol super terram est. dies est. duplices atque ypothe
ticae. non et conditionales uocantur.
ponit enim si hoc sit. hoc est. id est si sol est
esse diem; quare haec simplices non sunt; si sol est enim
& dies est duae propositiones sunt. quas iunctio
quae est si copulat atque conponit; sed de his
nullus hoc libro tractatus habebitur; Quare,
quoniam de simplicibus enuntiatiuis orationibus
tractaturus est. id est de simplici adfirmatione
& simplici negatione. quoniam quaedam adfirmationes & nega
tiones uerbis ac nominibus coniunguntur. ut
in ea quae est homo currit adfirmatione. homo
nomen est currit uerbum & rursum in homo non currit
negatione eodem nomine uerboque coniungitur. recte
prius de simplici adfirmatione & de sim
plici negatione. omninoque de enuntiatione
simplici disputaturus quoniam omnis enuntiatio
simplex uerbis nominibusque coniungitur. pri
ma disputatione de nominibus & uerbis
instruit; is enim prius adsuescendum uen
...facillime intellegatur orationis scope
rit; de quibus autem ...tractaturus est in li
bro inchoans ipse proposuit

Primum oportet constituere. quid sit nomen
& quid uerbum. postea quid est negatio &
adfirmatio & enuntiatio & oratio. In prin
cipio inquit huius sermonis quid enuntiatio
ne instituendum considerare id est diffinire oportet
quid nomen sit quid uerbum; haec enim uidentur omnem coniungere orationem ualere.
quoniam orationum genus est orationum;
Sunt autem principales .v. differentiae. ·V· orationum
Est autem ordo deprecatiua ut iupiter illa
potens precibus si flecteris ullis. ·II· Imperatiua
ut iuggere tela mihi. ·III· Interrogatiua
ut quo te moeri pedes. ·IIII· Uocatiua ut huc ades
o meliboee ·V· Enuntiatiua in qua uerum uel
falsumque perspicitur; huius autem duae sunt species.
una adfirmatio altera negatio. adfirma
tio est ut homo animal est. negatio ut homo
animal non est; ergo orationem uerba nomi
naque constituunt; enuntiationis autem
oratio genus est. enuntiatio uero adfirma
tionis & negationis; quare elementa quae
dam sunt quae coniungunt orationem. uer
ba & nomina. & de his disputat primum.

dehinc ppositionis duas ultimas speciessimi &
dicit se de affirmatione & negatione dicturu.
post has duaru genus ppont id e enuntiatione.
Ultimu uero qd horu maximu e orationem;
Et fuerit quoda modo conuersus ordo abspe
ciebus usq; ad earu genera prima quemens.
pponendi e in ab adfirmatione & negatione
ad nuntiatione qd e genus ascensu e ab enun
tiatione ad enuntiationis genus qd e ora
tio. pposition e operis leu aut; diuerso tam
modo. de cunctis disputat. prius eni de ora
tione. post de enuntiatione. dein de affirma
tione. postremo de diffinitione e negationis
edisserit. conuerso se ille ordine. sed hoc
posterius liquebit; quod aut prius negati
one postea pposuit adfirmatione. nihil int
est. cu omnes species aeq; ue sibi m& sint.
& uni generi aequalit supponantur; quocir
ca si adfirmatio & negatio enuntiationis
species sunt. pelu e qualib& earu prius
indiscrete proponere; quemadmodu aut ad
firmatio & negatio species enuntiationis
sint. & haec earu secunda editione monstra
du e. Sunt ergo ea quae sunt in uoce earu quae s
in anima passionu notae. et ea quae scribun
tur eoru quae sunt in uoce. & quemadmodu nec
litterae omnib; eaede. sic nec eaede uoces. quoru
aut haec primoru notae. eaede omnib; passi
ones animae sunt. & quoru haec similitudi
nes res etia eaedem. exp.

Qum nomen & uerbum definitionib; significa
tiua paulo post ppositurus e. primu expli
cat quoru sint significatiua. quaecumq; sig
nificant id e quae designent ipsu nom & uer
bu, tota aut ratio sensus huiusmodi e; Tria
ex quib; omnis conlocutio disputatioq; e
ficitur; res. intellectus. uoces. res sunt quas
animi ratione pcipimus. intellectuq; discer
nimus. Intellectus uero quib; res ipsas
addiscimus. uoces quib; id quod intellectu
capimus significamus; pt haec aut. in alt
ud quidda qd significat uoces. hae e litterae.
haru eni scriptio. uocu significatio e, cu
igitur haec sint. iii. res. intellectus uoces

litterae. res ab intellectu concipit intellect. intellectu uoces designant.
ipsas uo uoces litterae significant; intellectus aut animae quaedam
passio e; nisi eni quanda similitudine rei quam quis
intellegit in animae ratione patiatur. nullus e intellect;
cu eni in deo orbem uel quadratu uel figuram
eius mente concipio. & eius mihi similitudo in animae
ratione formatur. pcul dubio quanta in mente intellectus similitu
dine; unde fit ut intellect & similitudo sit rei
& animae passio; horu autem rursus .iiii. duo sunt natura
les duo secundu hominu positione; uoces nam q; &
litterae. secundu positione s. intellectus aut & res naturale
le; hoc illo adprobat. qd apud diuersas gentes diuersis
uocabulis utuntur & litteris. idarto qm ipsi uoces
quibus utuntur & litteras quibus scribunt conposuerunt.
intellectus aut & res nulli sposuit sed naturalit e sunt;
Neq; eni qd apud romanos equus e apud barbaros ceruus.
sed apud diuersas gentes eadem rerum natura est;
ppterea non ad nos intellegimus esse equum cuncti
barbari putant sed eadem apud diuersissimas gentes
substantiarum intellectuq; ratio e constituta;
quare duo haru s secundu hominu positione en
id est uoces & litterae. duo secundu natura res &
intellectus. mon ergo ocult qm uoces quidem signi
ficant intellectum. ipsis aut uoces litterae significant.
simil aut intellectus animae passiones. & uoces quidem
& litterae naturales non sunt, quemadmodu enim
uox non eadem apud omnes est . ita & litterae. Sed
intellectus & res eaedem apud omnes quamlibet
diuersissimas gentes inuenies; ad hoc e quod ait
sunt ergo ea quae sunt in uoce earum quae sunt in anima
passionum notae. id e ipse in quid uoces intellect
qui sunt animae passiones significant. earum qs significa
tiuae. sunt ergo ea quae sunt in uoce significant
illas & earu s notae quae sunt animae passiones.
animae autem passiones intellect s; Igitur ea quae s
in uoce. intellectuum quae animae passiones notae s
eara significant. qm hi s id est uocabul omnis signi
ficatur intellegentiam in uoce concepta; at uero
qd addidit & ea quae scribunt eoru qs in uoce. tantum de
uel & nomina quae sicutque notae litterae quae scribun
tur uerborum & nominu quae sunt in uoce; monstrauit
igitur uoces intellectuum esse significatiuas. & litteras
uocum; nunc de eorum naturae procedit dicen
& quemadmodum nec litterae omnibus eaedem

sic nec eaedem uoces sint. hoc ad monstrandum ualet uoces et litteras positione esse constitutas non natura. et enim diuersae apud diuersos sunt uoces et litterae. et quemadmodum litterae apud omnes homines non inueniuntur. Itaque et uoces; quare haec secundum positionem sunt quod ipse et reticuit uelud planum. manifestum enim est quod per gentes singulas permutatur. hoc non natura constitutum esse sed positione. Quod uero ad

Quorum autem haec primorum notae sunt eadem omnibus passiones animae. et quorum haec similitudines res etiam eaedem. B. Ad hoc pertinet ut naturales esse res intellectus que declaret. Idem namque; ut dictum est intellectus passiones quidem animae. rerum autem similitudines; Ergo hoc dicit quorum haec eaedem uoces de quibus supra dixerat. sic nec eaedem uoces; quorum ergo hae uoces significatiuae sunt. id est passionum animae. haec sunt apud omnes eadem. Significant autem uoces illa quae sunt in intellectibus. Intellectus igitur animi passio est. apud omnes homines non diuersus. ergo naturalis apud omnes est animi conceptio atque animae passio. quorum sunt notae eaque uersantur in uocibus. docetur autem res et quorum sunt similitudines intellectus et animae passiones esse non positione sed naturaliter constitutas. Idcirco quod eas res quorum similitudines sunt intellectus qui intellectus animae passiones sunt apud omnes eaedem sunt. hoc est enim

Et quorum haec similitudines scilicet eadem animae passiones quae sunt similitudines rerum res etiam eaedem. ac si diceret quorum intellectus sunt similitudines qui intellectus animae passiones sunt. id est res aliquid apud omnes eaedem sunt. id est apud omnes eadem. Quod autem ita posuit. quorum autem haec primorum notae hoc sentit. de uocibus enim dicit quoniam quorum uoces primorum notae sunt apud omnes eaedem sunt animae passiones. Uox enim et intellectum rei significat. et ipsam rem. ut cum dicitur lapis et intellectum lapidis et ipsum lapidem id est lapideam substantiam designat. sed prius intellectum. secundo uero loco significat rem. Ergo non omnia quae uox significat passiones animae sunt. sed illa sola quae primae; primus enim significat intellectus. secundo loco res; sed intellectus passiones animae sunt. et quorum ergo primorum notae sunt uoces eaedem sunt apud omnes homines animae passiones. est etiam quoque scriptura hoc modo sese habens; Quorum autem haec primorum notae. hominibus passiones animae sunt. et quorum haec similitudines res etiam haec. B. Quod si ita scripta sit hoc uidetur dicere; ostendit enim quorum sint uoces notae. et quorum rursus animae passiones. tamquam si diceret uoces. quod significant et quorum notae sunt. illas animae passiones; et rursus quorum similitudines haec sunt quae animae passiones. has res tamquam rursus si diceret; quorum sunt similitudines ea quae in intellectibus atque animae passionibus sunt res. sed de his disputationem; trahere longius non uult; ait enim. De his quidem dictum est in de hoc satis in his quae sunt dicta de anima. alterius enim negotii; Et enim aliud est principaliter de intellectibus animae disputare. aliud tantum sibi disputationem sumere. quantum ad logicae possit pertinere peritiam; quare alterius negotii est principaliter de animae passionibus disputare. Est autem quemadmodum in animo aliquotiens quidem intellectus sine uero uel falso. aliquotiens autem cui iam necesse est horum alterum inesse sic etiam in uoce [illegible] circa compositionem enim et diuisionem est falsitas et ueritas;

B. de enuntiatione dicturus in qua ueritas et falsitas inuenitur. perfecte prius monstrare proponit in qua oratione uocum horum alterum id est aut ueritas aut falsitas inueniri queat; sed omnis uox animi sensa significant. quare ex animi intellectibus; quicquid euenit uocibus indicatur. Ergo nunc hoc dicit similitudo est inqui quaedam inter se intellectuum atque uocum; quemadmodum enim sunt quaedam simplicia quae ratione animi concipiuntur constituuntur quae intellegentia mentis. in quibus;

glossa affirmationi
negationi

neque ueritas ulla neque falsitas inuenitur. Itaque in uocibus est simplex enim intellectus ut uerbi gratia hominis uel equi neque falsitatem ullam retinet neque ueritatem; cum enim intellego simpliciter hominem substantiam ipsam nihil ueri uel falsi in cogitatione retineo. Quod si cursum rursus animi cogitatione prospexero cogitatio ipsa cum simplicis rei teneat in ueritate et falsitate seclusa est; sed quando cursum et hominem iunxero et ex his quid intellegentia mea fecero idque in uoce proferam huiusmodi erit homo currit.

Tunc ex hac substantiae et accidentis compositione et coniunctione huiusmodi intellectus fit in quo uel falsitas possit esse uel ueritas. Ergo quemadmodum in intellectu quaedam aliquotiens simplicia uero falsoque carentia aliquotiens autem cum iam necesse est aut ueritatem inesse intellectui aut falsitatem, sic est et iam in uoce; nam si simplicem intellectum uero falsoque carentem uox proferat ipsa quoque a ueritate et falsitate relinquitur; quod si huiusmodi proferat intellectum qui in se uerum falsumque contineat ipsa quoque ueri falsique retinet significationem. Docuit autem per hoc quod ait circa compositionem enim et diuisionem est ueritas falsitasque, haec in quaque prolatione uel cogitatione enuntiationes possumus inuenire, quotiens substantiam cum accidenti coniungimus atque conponimus uel intellectum copulamus et ut fieri propositio possit in cogitatione tunc fit idem in uoce. Et est nunc adfirmatio ut homo currit; hominem quippe cursumque conposuit atque coniunxit et inde adfirmatio nata est ueritatem continens uel mendacium. Nunc uero si huic aduerbium negatiuum iunxero et substantiam ab accidente diuisero atque disiunxero ut est homo non currit, non id quod est aduerbium negatiuum hominem a cursu diuisit atque disiunxit, factaque est inde negatio rursus ueritatem et falsitatem significans; recte igitur dictum est circa compositionem quod adfirmatio uel diuisionem quod est negatio nomina

X ueritatis falsitatisque constare naturam.

Igitur ipsa et uerba consimilia sunt sine compositione uel diuisione intellectui ut homo uel album quando non additur aliquid; neque enim adhuc uerum aut falsum est;

Nunc quid sit intellectus sine uero uel falso ordinata continuatione persequitur; ea enim inquid quae simpliciter dicuntur similia sunt simplicibus intellectibus qui sine ulla compositione uel diuisione animi puro capiuntur intuitu; cum enim homo uel album ipsa quidem simplicia sint et significent aliquid, nihil tamen neque uerum neque falsum designant; omne enim simplex nomen uel uerbum a ueritate et falsitate secluditur; atque ideo quoniam ea dixit esse quaecumque sunt in uocibus significantia animae passiones, simplices uoces et sine compositione uel diuisione similes sunt his intellectibus quos sine compositione et diuisione simplex intellegentia concipit; in his enim atque huiusmodi nulla neque ueritas neque falsitas inuenitur. Si non enim aliquid addatur ut id quod simplex intellegitur uel ipse constituat esse uel esse aliquid secundum esse coniungas, in his ueritas et falsitas non erit; cum enim simpliciter dico homo, si non aliquid addidero ut uerbum est fiat huiusmodi compositio homo est uel huiusmodi aliquid ut homo uiuit quod idem ualet tamquam si dicam homo uiuens est. Ergo nisi aliquid huiusmodi fuerit adiunctum quod intellectam rem uel ipse esse constituat ut homo est cum dico ipse esse hominem designaui uel iuncto accidenti tale aliquid opponatur quod idem [illegible] quod est esse significet ut est homo uiuit. Uita enim homini iuncta est et uiuit idem designat quod uiuens est; nulla ueritas nec falsitas ualet intellegi; hoc autem conuenientissimo monstrat exemplo; Huius autem signum hoc est hircoceruus enim significat aliquid sed nondum uerum uel falsum si non esse uel non esse addatur uel simpliciter uel secundum tempus.

Magnam uim habet uel exempli huius subtilitas; non enim sola illa nomina uel uerba falsitatis et mendacio separata sunt quaecumque simpliciter sunt, sed etiam illa quaecumque composita sunt simpliciter dicta; hircoceruus enim

compositum nomen non significans hircum et cer
uum; sed nisi ei aut esse aut non esse addatur, ut
dicamus. hircocervus est uel hircocervus
non est. Nullus in deum ... falsi ue intellectus
poterit prouenire. ipsum enim quamquam sit con
positum tamen simpliciter dictum ueritati et fal
sitati proximum non est. si quis enim dicat tantum
hircocervus. nihil annuntiat. Quod si ... adnuntiat per ueritatem
falsitatem quae quidam compositum designans
nomen auditor intellegit; quod uero ait uel sim
pliciter uel secundum tempus. adhuc uult ne
putaremus tunc solum fieri de nomine enun
tiationem cum ei presens tempus adicitur ut cum
dicimus hircocervus est uel hircocervus non
est. in his solam ueritas est aut falsitas. sed non solum
si presens tempus designet propositio sed etiam si
preteritum. ut si quis dicat hircocervus fuit uel
futurus est. ut si quis dicat hircocervus erit
enuntiationem facit; ergo id quod ait. Vel simpli
citer uel secundum tempus. Huiusmodi enim
est simpliciter facta enuntiatio secundum presens
tempus; enim quod presens dicimus tempus non est, sed con
finium temporum; tempus autem est futurum uel preteritum
Ergo non potest in eo quod est hircocervus ueritas
aut falsitas inueniri nisi ei aut esse aut non esse
addatur. uel presens significans quod est sim
pliciter uel tempora quod est preteritum uel futurum.
si quis enim sic dicat hircocervus simpliciter dixit.
id est secundum presens, si quis autem hircocervus
erit uel fuit secundum tempus futurum scilicet
et preteritum. haec igitur quae erant utilia proba
tus. ad diffinitionem nominis disputationis cur
sum intendit. DE NOMINE

Nomen est uox significatiua secundum placitum
sine tempore. cuius nulla pars est significatiua
separata. Haec omnis diffinitio genere differen
tiis que perficitur; supposuit ergo ad diffinitionem
uocem nominis genus; cetera uero quae ex
equatur esse differentias aggregauit; Est autem
huius terminitalis expositio nominis in qua dicitur uox;
sed uocum aliae sunt quae significant aliae quae
nihil significant; nomen autem significat ideo ait
nomen. Nomen igitur est uox significatiua. uo
cum significatiuarum aliae sunt naturaliter
aliae non naturaliter; naturaliter est uox
significatiua ut ea quae dolores naturaliter
monstrat, aut gaudia. Non naturaliter
uero significatiuae uoces sunt. quas secundum
positionem edicimus, secundum positionem uero sunt
quas ipsi sibi homines posuere. Et cum dixit aliquis
primus qui rebus nomina condidit. haec sub
stantia dicatur aurum. haec lapis. haec aqua.
et alia similia; tales igitur uoces secundum
positionem sunt hominum. et ita secundum positi
onem quemadmodum ipsis hominibus placuit a quibus
nomina illa formata sunt. huiusmodi ergo uoces
quae secundum positionem sunt secundum ponentium
placitum sunt. si sed nomen non naturaliter significat;
apud diuersas enim gentes diuersa sunt nomina;
quae autem apud diuersos diuersa sunt ea non sunt natu
ralia. sed secundum placitum eorum qui posuerunt
positionemque ponentium alioquin si naturalia
essent quemadmodum ea quae dulcia sunt apud
romanos non ea amara sunt apud scythas amara
non ea dicta. sed apud ipsos quoque sunt dulcia
et apud omnes gentes eodem modo. Ita quoque
omnia nomina si naturaliter essent. isdem
omnes homines uterentur. Quare quoniam no
mina naturaliter non sunt nec naturaliter
significant. secundum placitum sunt scilicet ponen
tium atque auctorum et a quibus nomina ipsa rebus
impressa sunt. Ergo nomen uox significatiua secun
dum placitum; secundum placitum autem positionemque.
Sed quoniam uocum aliae tempus secum ad significationem
trahunt aliae praeter tempora praedicantur; tempus
secum trahunt ut est curro et lego uel cucurri uel
legi et quaecumque sunt uerba, omne enim uerbum cum
tempore est. nomina uero sine tempore sicut enim dicimus
socrates uel albedo. uel aliquid huiusmodi
temporibus carent; Nomen ergo est uox significati
ua secundum placitum sine tempore. uocum signi
ficatiuarum secundum placitum sine tempore aliae sunt
quarum partes aliquid extra significent.
aliae quarum partes extra nihil designent.
haec namque uox quae est socrates cum platone et dis
cipulis quae est oratio. et significatiua est
et secundum placitum; partes namque ipsius quae sunt
nomina secundum placitum sunt et sine tempore;

nulla. Namque in eo nomine magistratus quod est ditatem poris in-
uenit; sed haud hoc quod pars est eius extra significat;
tota namque oratio est. Socrates cum Platone aliisque dis-
cipulis; sed est pars Socrates si a toto oratione disiuncta
sit. significat aliquid; nominis autem pars nihil extra
significat; ipsius enim nominis quod est Socrates quod disiunc-
tum ad totam conexionem significat. partes nihil extra de-
signant; neque enim so neque cra neque tes neque aliquid potest
totum nomen extra designat; quare rectissime
diffinitio constituta est. Nomen esse uocem secundum
placitum designatiuam sine tempore. cuius partes
nihil extra significent; In nomine enim quod est equi-
ferus. ferus nihil per se significat quemadmodum
in oratione quae est equus ferus;

quae dicat equus — Sicut in sit oratio, equus ferus. duas res significat.
equum et ferum. utrumque enim est unum substantia.
alterum qualitas; qui uero dicit equiferus unum
nomen est et ei unum quod significat subiectum est; quod cir-
ca unumquodque permixtio ista significat; quod si unum
significat. toto permixtio pars inde separata
nihil extra designat; In toto enim nomine quod est
equiferus consignificat quidem ferus per se uero
nihil significat; quod si per se id quod dicimus ferus
aliquid significare arbitremur. Non erit
pars nominis sed ipsum erit integrum nomen et
habebit partes. fe et rus; quocirca quoniam nomi-
nibus unum subiectum est. et unum significat totum no-
men uel si sit equiuocum uel si non sit. tamen
cum sit aequiuocum. semel totum latrabilem seu
dotum rursus marinum significat; quare quoniam
quodlibet nomen unum aliquid significat totum pars
eius separata et uelut a toto conpositione se-
iuncta in qua unum aliquid consignificabat ni-
hil extra significat; dat autem differentias
simplicium nominum et conpositorum; AT UERO NON QUE-
ADMODUM IN SIMPLICIBUS NOMINIBUS SIC SE HABENT
ETIAM IN CONPOSITIS; IN ILLIS ENIM NULLO MODO PARS
SIGNIFICATIUA EST. IN HIS AUTEM UULT QUIDEM SED NULLI-
US SEPARATI. UT IN EO QUOD EST EQUIFERUS FE RUS.

Simplicis inquit nominis quoniam non constat ex aliis
partes ne imaginatione quidem significatio-
nis aliquid producunt. ut in eo nomine quod est homo
neque ho neque mo quicquam significant nec sig-
nificare putantur. Idcirco quoniam simplex nomen est;

in his uero quae conposita sunt quoniam ex duobus significa-
tiuis in unam significantiam rediguntur. uult sig-
nificare aliquid pars. sed nihil separatum desig-
nat. In eo enim quod est equiferus. dat quidem ima-
ginationem aliquam significationis et putatur
significare ferus. hoc enim quod dixit uult qui-
dem sed nihil extra separatum quidem significat;
si enim hoc ipsum ferus ut pars nominis dicatur.
dimidium nomen dicitur. id quod est equiferus; dimi-
dium autem nomen nihil designat; ergo id quod dici-
mus ferus cum alia parte nominis quae est equi. iunctum
consignificat equiferus; separatum autem nihil extra de-
signat;

Quod si in ter se ipsum nomen extrinsecus in alterius
nominis parte ponatur. sibi significat uel nomen;
ergo non est similis in simplicibus nominibus conpositisque
partium non significatio; sed simplicium quidem no-
minum partes nec ipse significant nec significare
putantur. conpositorum uero uolunt quidem par-
tes aliquid significare et dant significationis imma-
ginationem. et significare aliquid putantur. sed nullius
separati retinent significationem; SECUNDUM
PLACITUM UERO. EST QUONIAM NATURALITER NOMI-
NUM NIHIL EST sed quando fit nota. non designant enim in litteratos soni ut ferarum quorum nihil est
nomen

Dixerat superius in diffinitione. nomen esse secun-
dum placitum non naturae; hoc autem nunc diligen-
tius monstrat dicens. nihil esse nominum natu-
raliter; atque ideo non sibi sufficit ad diffinitionem
quod est significatiua uox. nisi illud quoque adde-
ret. quod secundum placitum uox significatiua est;
alioquin multi inlitterati soni significabunt sibilus
aliquid interdum designat. ferarum quoque multarumque
animalium uoces interdum aliqua significatione praeditas
esse perspicimus; quendam enim uox canum iram significat.
hinnitusque equarum. saepe dicitur sequi consuetudinem quaerere.
sed haec naturaliter significant. atque ideo nomina non sunt;
quae significant naturaliter. significat nomen esse atque hac ratione
Nunc quemadmodum facta est diffinitio uideamus.
quod dixit uox. inde est uocem tractat ita genere diffinitionem;
quod significatiuam esse dixit consequenti apposuit nomen
ab insignificantibus uocibus separauit; quod secundum
placitum ab naturaliter ... significantibus
uocibus

nominis nec tria diuisa est;
Quod sine tempore, ad uerbi eorum discrepantiam respiciat; quod etiam nullam partem extra significare posita est. Idcirco dicatum mihi est, ut nomen ab orationibus distare uideretur; ac tamen quidem de lo ta nominis diffinitione tractandum est, et qui bus differentiis ab aliis suis uocibus distare possit nomen explicatum mihi est; nunc autem quae quidem ui indiffinitione nominis incurrere, et an nomina sint diligentius quaerit; Non homo uero non est nomen; At uero nec positum est nomen quod illud oporteat appellari; neque enim oratio aut negatio est. Sed sit nomen infinitum;

Nunc idem differt quid a se arbitratu oporteret, quae etiam sub diffinitione quidem nominis cadunt, integre tamen nomina non esse uideantur; unde fit ut his diligentissime distributis integerrima nominis diffinitio concludatur. hoc enim quod dicimus non homo, quid sit ambiguum? oratio enim non est; omnis enim oratio ex duobus nominibus uerbisque coniungitur; hoc autem quod dicimus non homo duabus quidem partibus constat, sed unum in se tantum nomen, uerbum uero non habet; negatio uero nam particula quae est non, neque nomen est neque uerbum;

Rursus negatio non est; omnis enim negatio aut uerum aut falsum significat; non homo uero quod dicimus neque uerum est neque falsum; nisi enim ut supra aut aliquid quod significemus ad id quod est esse addatur, nulla ueritatis aut falsitatis est ratio, in qualibet oratione perfectam compositionem perficiatur;

At uero nomen non est; omne enim nomen unam rem significat definitam, ut cum dicimus homo substantiam significat, neque quamlibet sed rationalem atque mortalem, eodem modo et cetera nomina; qui uero dicit non homo, hominem quidem tollit, quid autem illa significatione uelit ostendere, non definit; Potest enim quod homo non est et equus esse et canis et lupus et cetera quaecumque homo non fuerint; quare quoniam id quod definite significare poterat aufert in negatiua particula, quid significare debeat definite non dicit, sed multa atque infinita unusquisque audiens intellegit; dicatur igitur nomen infinitum; hoc enim quod dicimus non homo tam multa significat quam multa sunt quae a diffinitione hominis disiunguntur.

Sed hoc Aristoteles uocabulum tam infinitum nomen uocat et primus inuenit; apud antiquiores enim ista quidem dubitatio; sed huic differentiae qua differt nomen definitum ab huiusmodi nomine quod cum negatione proponitur, inpressum uocabulum non erat, quod ipse testatur dicens:

At uero nec positum est nomen quod illud oporteat appellari; Nullus enim posuit uocabulum quo oporteat appellari id quod dicimus non homo. sed Aristoteles perspicaciter infinitum nomen huiusmodi praedicamentum censuit appellari; Catonis autem uel catoni et quaecumque talia NON SUNT NOMINA SED CASUS NOMINIS.

Omnis inquit casus alterius casus est atque fit, ut quicumque casus sit alterius inflexio uideatur. Ergo quod dicimus huius catonis uel huic catoni uel alia huiusmodi casus nominamus; unde fit ut hi casus inflexiones quoque dicantur; sed omnis inflexio alicuius inflexio est; quod autem inflectitur, ab eo quod ipsa inflexio fit prius est; quare cum id quod dicimus cato nomen sit et se primum distat inflexionibus suis, inflexio autem nominatiui genetiuus et ceteri, nullus dixerit recte nomina casus esse; sicut id quod dicimus cato alicuius casus sit, cuius casus esse possit oportet ostendi; sed ante id quod dicimus cato nullus praedicatur casus; Igitur cum cato nomen nullius inflexio est, nec omnino casus est; ceteri autem casus qui dicuntur nominatiua inflexione formantur, catonis et catoni et catonem; quare si distant ea quae ab inflexione nascuntur ab his quae inflectuntur, distant quoque hi omnes casus qui sunt catonis catoni catonem ab eo quod est ab cato, id est a nomine principali; sed hic cato nomen est; casus igitur nomina non sunt. aliud enim ipse casus, aliud cuius est casus; quocirca si nominis haec omnia casus sunt, haec nomina non sunt; atque ideo prudenter ueteres omnes casus gen. dat. ac. uoc. abl. suis diuersisque nominibus uocauerunt; primum uero alium rectum quasi a nullo inflexum, alium nominis ipsius uocabulo nominatiuum dixerunt;

quare nunc hoc aristoteles exsequitur qui casus nominū uideantur non ēē nomina sed tantū nominū inflexiones de casus

Ratio autē eius in eo clusque quidē eadē sed differt. quī cū ē uel fuit uel erit adiunctū neque uerū neque falsū ē; Nomen uero sēp̄ uel catonis ē uel non ē. nondū enī neque uerū neque mentitur.

Ratio inquid idē diffinitio nominis & casus nominis eadē ē. nā sicut nomen uox significatiua ē secundū placitū sine tēpore cuius pars nulla extra significet. sic & hic casus; Nā ē uox & secundū placitū designatiua & cuius separatae partes nihil extra designant; ergo eadē definitio ratio quae ē nominis & casus nominis; sed his una additur differentia ē. quod omne nomen cū eo quod dicitur ē aut nō ē coniunctū aut adfirmatiuā enuntiationē facit aut negatiuā. ut socrates ē. uel socrates non ē; hic enī quī ueritas aut falsitas incidit enuntiationē ēē necesse ē; In casib; uero quā uis addas ē aut non ē. nulla inde adfirmatio neque negatio fit; neque enī ulla in hos ueritas aut falsitas cadit;

Si quis enī dicat socratis ē uel socratis nō ē uel catonis ē uel catonis non ē. quid sit id non sit non apponens. cū simplici casu sēp aut non ē iungens. imp̄fecta facit orationē. falsitate aut ueritate disiunctā; quare. nulla enuntiatio est

Ergo differt nomen casu quod nom quidē cū ē aut non ē iunctū. aut uerū uel falsū facit. Casus uero nec uerū dicit neque mentitur; & enim nullo alio addito trunca atque imperfecta sententia ē; sed quoniam sunt istuc ut definitio scilicet nominis integerrima compleretur; & enī iam nunc definitio nominis hoc modo ē, Nomen ē uox significatiua secundū placitū sine tēpore cuius nulla pars significatiua ē separata diffinitū aliquid significans; cū ē aut nō ē iuncta facien senuntiationē; sed de nomine hactenus nunc uerbū diligentissima definitione determinat. ex̄p̄ uero ...

INCIPIT DE UERBO

Uerbum distat a nomine hoc solo quod nomen sine tēpore ē ut supra iā dictū ē. uerba uero ui tēporis in significationib; trahit, & esset quidē plena definitio uerbi si cuncta in ea omnia quae in nomine ponerentur hoc solo discrepante. quod uerbū consignificat tēpus esse. quae definitio ita; uerbū ē uox significatiua secundū placitū cū tēpore cuius nulla pars extra significatiua ē separata; sed quoniam illa nomini uerboque comunia. ppriū aut uerbi consignificare tēpus. a proprietate definiti uerbū uoluit definire; diligenter aut ait consignificat, nā consignificant nomina tēpus ut dies. uel annus. haec enī tēpora nomina ē; uerbū aut non significat tēpus; principaliter enī aut passionē designat aut actū. ut cū dico accuso uel accusor; sed cū ipsa actus passionis quae significatione. Unumquodque secū tēporis trahit. ut ille actus aut passio p̄terita praesens aut futurū aut p̄teritū aut ... inter haec ē ēē non possit; sequitur. & sēp eorum quae de altero praedicantur nota ē.

Sensus huius modi ē; omne inquit uerbū significat aliquod accidens. quod accidens sēp de altero p̄dicatur; nā si omne uerbū aut actionē aut passionē designat. actio uero & passio in accidentib; numerantur. omne uerbū uim significat accidentis; sed accidens sēp de eo praedicatur quod sibi subiectū ē. ut albū de corpore. & durū de ferro; quare omnia uerba eius modi aliquid designant. quae sēp de altero praedicantur; quod p̄ hoc scilicet & dixit quod ait. uerbū notā ēē. id ē significatio eorū quae de altero p̄dicantur; quod idē ualet tā quā si diceret. uerbū sēp accidentia significat quorū haec natura ē. ut sēp de altero p̄dicentur. cuius enī qualibet rei nā de hanc ipsa quae notae designat. dico uerbo quod consignificat tēpus. ut cursus quidem nomē ē currit uero uerbū. consignificat enī nunc ēē; supra id definitione p̄posuit nom ēē sine tēpore quod nunc quoque hoc monstrat exemplo. & diligentissima quidē. nā id praedicamentū ad nomen relatū sine tēporis

consignificatione monstratur. Ad uerbum uero
uidetur esse cum tempore; cursus enim simpliciter
dictus sit nomen et ut res propria sine tem-
pore; si uero in actione quae uerbis saepe indu-
catur, mox proprietate uel ui actae temporis in se
suscipit significationem; Currit enim uerbum
est et significat actionem et cum ea de tempus osten-
dit; monstrat enim nunc esse id est praesens tempus;
cum significat autem idcirco dictum est, quoniam quod dici-
mus currit actum aut quidem quendam significat;
cum eo uero actum ipsa significatione uerbi
praesens tempus inducitur. atque ideo diligen-
ter consignificat; Et haec uerborum subtili-
tas in aristotele mirabilis. Et semper eorum quae
de altero dicuntur nota est, ut eorum quae de sub-
iecto uel in subiecto; Semper inquit uerbum
ea significat quae de altero praedicantur.

Quae est autem haec quamquam breuissime ipse tamen
ostendit: Est enim consuetudo aristotelis ea
quae accidentias in subiecto esse dicere. Nec
non etiam eadem ipsa accedentia de subiecto praedi-
cari. idem eo quod omnia quaecumque accidentia
sunt uel denominatiue uel quolibet alio mo-
do et de subiecto praedicantur et in subiecto sunt; Nunc
ergo hoc dicit idem quiddam significans uerbum
quod semper accidens sit. quod accidens uel in subiec-
to semper uel de subiecto praedicatur. Est talis quoque
expositio hoc modo; de subiecto dicitur genus esse
per ad species; Ergo eorum quae sunt accidentia alia
sunt indiuidua alia generalia. Et illa
quidem quae sunt indiuidua in subiecto tantum
sunt. ut quodlibet particulari corpori ac-
cidens; Alia uero sunt generalia accidentia
quae de aliis accidentibus praedicantur ut de
subiectis. ut est color, namque praedicatur de
albedine et nigredine et ceteris; Ergo nunc
omne inquit uerbum quiddam quod de altero
praedicetur significat; sed hoc huiusmodi
erit; quod aut particulare est et in subiecto
tantum sit ut est currit; Cursus enim de nullo
alio subiecto praedicatur. nisi tantum in subiec-
to est; aut generale erit illud accidens et u-
niuersale. ut de alio rursus accidenti praedi-
cetur. ut de subiecto. ut si dicam mouetur;

Hoc enim quod dicimus mouetur de subiecto cursus
praedicatur; quia currit enim mouetur. Significat
igitur uerbum aut particulare accidens quod
est tantum in subiecto. aut uniuersale quod
de alio accidente uel ut de subiecto praedicetur;

Hactenus definitionem uerbi distribuit. Nunc
uero sicut fecit in nomine ea quae in uerbum
incidere poterant et uerba non esse a uerbi
ratione et proprietate disiungit; Non currit
uero et non laborat non uerbum dico. con-
significat quidem tempus et semper de aliquo est.
differentiae autem huic nomen non est positum
sed sit infinitum uerbum; Sicut in nomine fecit
ita quoque in uerbo ad integram definitionem
uerbi proprietatemque condit; Ait enim non currit
non esse uerbum. Et idcirco quod uerbum omne
finitum aliquid designat. Non currit autem
quemadmodum infinitum sit. paulo post demons-
trabitur. quod neque oratio est; In hoc enim quod dicitur
non currit. neque duo uerba sunt. neque duo nomi-
na. neque nomen et uerbum quae sola possunt
iungere orationem; At uero negatio non est
etenim tota imperfecta sententia est; Sed neque
huic inquid antiquiores posuere uocabu-
lum; haec enim differentia quae est non currit
et non laborat. qua a uerbo puro et simpli-
ci distat, nullo apud antiquiores uocabulo
nuncupata est differentia. Differentiam autem
uocauit id quod dicitur non currit et non
laborat. ab eo quod est currit et laborat.

Sed quoniam his nullum est ab antiquis nomen inposi-
tum. aristoteles nomen ipse constituit dicens;
Sit uerbum infinitum; Aliquin maximam dubita-
tionem facit. huius praedicamenti similitudo quod
ipsum quidem praedicamentum uox est significa-
tiua secundum placitum et de altero praedicatur
et consignificat tempus; Id est scilicet quod uerbum
quod est currit; Sed hoc solo differre perspicitur.
quod illud finitum uerbum est. hoc infinitum; Cur
autem infinitum est. continuo ratione persequitur;
Quoniam similiter in quolibet est uel quod est
uel quod non est.

Infinitum inquit uerbum est quoniam cum de altero semper
praedicetur. non currit enim de altero dicitur

integra

tamen aeque uel de subsistente uel de non subsistente praedicari potest. ut in eo quod est homo non currit. homo res est subsistens. Ergo dicitur id quod est non currit de homine. id est de re subsistente. Rursus dicimus chimera non currit. chimera uero non est. nec omnino subsistit et potest de ea ueraciter quoniam non currit. quod enim omnino non est. nec currit. Ergo id quod est non currit et de ea re quae subsistit atque est in rebus dicitur et de ea quae neque est. neque esse potuerit praedicatur. quare infinitum uerbum dicatur. nec solum sed illud etiam quod qui dicit currit. neque quis quid faciat definite significat. Qui uero dicit non currit. ipsum quidem cursum uidetur auferre. sed utrum sedeat. an iaceat an ambulet. an quid aliud faciat non relinquit. Quare et in ea quae sunt infinitas et de his omnibus praedicatur. quoniam quae id quod tollit finitum est. quid uero ponat infinitum. propterea haec uerba uocabitur infinitum.

et ea quae non sunt

de futuro

SIMILITER AUTEM UEL CURRIT UEL CURREBAT. NON UERBUM EST SED CASUS UERBI. DIFFERT AUTEM A UERBO QUOD UERBUM SIGNIFICAT PRAESENS TEMPUS. ILLA UERO QUOD CIRCA sunt complectitur.

Ut in nomine fecit. cum casus a nominibus distribuit. ita quoque casus uerborum una uerborum nuncupatione disiungit. Curreret enim quod infinitum est uel currebat quod praeteriti regnebat partem uel cucurrit quod est integrum perfectumque praeteritum non sunt uerba. sed uerborum casus. praesens enim aut futurum expectat aut praeteritum relinquit atque ideo futurum tempus ad praesens tendit. Praeteritum a praesenti inchoat. unde sicut principaliter contineat uerbum id quod est praesens. ut sit uerbum integrum quod praesens designat. haec autem quae praeter praesens inde qua significatione sunt non uerba sed uerborum casus. hic itaque sicut in nomine fecit uerborum et casuum differentia prodit. Aut enim omne uerbum praesens significans tempus. casus uero uerborum illud tempus significat quod circa ipsum praesens. id quod complectitur. Complectuntur autem id quod est praesens circa quae ipsum futurum et praeteritum tempus. Inter utraque enim tempora praesens locatur. quicquid ergo uel futurum tempus uel praeteritum significat quae tempora praesens complectuntur et circa sunt non uerba.

sed uerborum casus dicuntur. Est ergo diffinitio integra uerbi uerbum est uox significatiua secundum placitum cum tempore. cuius nulla pars extra significatiua est separata. definitum aliquid significans praesentis significatione tenens. Quoniam uero pars uerbi nihil extra designet ex eo manifestum est quod ne nominis quidem pars quicquam extra significat.

IPSA QUIDEM SECUNDUM SE DICTA UERBA NOMINA SUNT ET SIGNIFICANT ALIQUID. CONSTITUIT ENIM QUI DICIT INTELLECTUM ET QUI AUDIT QUIESCIT. SED SI EST. UEL NON EST. NONDUM SIGNIFICAT.

Subtilissimum quidem ingreditur sensum. sed est huiusmodi. Omne inquit uerbum per se et sine alterius coniunctione placitum nominis quodammodo speciem tenet. et uere nomen est. Cum enim dico homo currit. tunc id quod dicit currit ad hominem referens. integrum fecit uerbum. quoniam sine dubio sed de altero praedicatur. Si uero per se dixero currit. suum quidem quodammodo facio ipsum currit. cum nullo alio iungens et sit mihi nomen. Unde et greci quoque his per se dictis uerbis aliquotiens addunt articularia praepositiua ut est ΤΟ ΤΡΕΧΕΙΝ ΤΟΥ ΤΡΕΧΕΙΝ. Si quis enim dicat uelocius est id quod est currere eo quod est ambulare. in illo nominatiuum iunxit articulum dicens id quod est currere. in illo uero ablatiuum dicens eo quod est ambulare. uelut si quis in nomine dicat id quod est scamnum leuius est eo quod est ostium. hoc quod diximus id quod est scamnum ad ipsum scamnum articulare propositiuum iunximus. itaque quasi si diceremus hoc scamnum et quod rursus diximus eo quod est ostium tamquam si diceremus hoc ostio. Itaque cum dicimus uelocius est id quod est currere eo quod est ambulare hoc quod dicimus id quod est currere ita ponimus tamquam si dicamus hoc currere. et rursus eo quod est ambulare tamquam si diceremus ablatiuo modo ab hoc ambulare. quasi translatum ad nomen sit dictum quam ab hac ambulatione. quare per se dicta uerba nominat. et est huius rei probatio quam ipse aristoteles ponit. Cum enim simplex dicimus nomen auditoris inchoat intellectus. cum nostra prolatione et dum proferimus dicentis sequitur uocem et tunc quiescit cum illud nomen fuerit expletum. Cum enim dico hippocentaurus ingreditur a prima syllaba audientis intellectus et usque

ad finē totius nominis non quiescit; ubi uero extre
mā audierit syllabā mox quid dictū sit auditor
intellegit. & eius intellegentia conquiescit. Sic
ergo & in uerbo audiamus currere. intellect(us)
quoq; audientis p(er) eas syllabas quae s(unt). cur. & re.
& rursus & re. uadit. sed ubi extremā audie
rit syllabā mox totius uerbi capiens significati
onē. intellectus quiescit; Ergo uerbū p(er) se dic
tū nomini simile ē. & ē. quodammodo nom(en); Si
cut enī in nomine is qui dicit intellectū audi
entis: ultimae syllabae prolatione & totius
nominis p(er)fectione constituit. & his quia audit qui
escit. & ulterius a eī intellegentia non progreditur.
Ita quoq; & uerbū si p(er) se dicatur audientis cons
tituit intellectū; Quod si cū alia coniungatur.
nondū tota intellegentia constituitur audientis.
ut cū dico socrates ambulat. in solo ambulat quod
est uerbū non consistit p(er)fecta sententia nisi in to
tā quod ē socrates ambulat; Rursus cū dico
ambulare moueri ē. non in unoquoq; horū uer
bo substantia [sententia] constituta ē. sed in tota oratione
conquiescit auditor; Idcirco tamen si uerbū de al
tero subiecto p(rae)dicetur. utriusq; significationē
uerbi iungit auditor. & non p(er) se uerbū ipsū con
siderat quod dicitur. sed ad alterū refert.
ut ambulare moueri ē. ambulationē ad mo
tū. uel socrates ambulat. ambulationē ad so
cratē; tunc ergo fit integrū uerbū cū refer
tur ad alterū; Ad si simpliciter p(rae)dicetur uer
bū nom(en) ē. idcirco quod sicut nomen dictū ita
quoq; uerbū audientis constituit intellectū;
Sed si ē uel non ē nondū significat neq; enim eo
signū ē rei uel non ē ē; Sed quamquam nom(en) sit
in quid uerbū. & aliquid definite significat
p(er) se dictū solū tamen non facit enuntiationē neq;
uerū aliquid falsū ue constituit; hoc ē enim
quod ait. sed si ē. uel non ē nondū significat.
ad adfirmationē referens quod dixit sed si
ē. ad negationē quod ait uel non ē. nihil enī
horū significat p(er) se uerbi predicata platio;
cū enī dico currit. hoc ipsū currit. significat
quidē aliquid. sed si ē aut non ē. nondū signi
ficat; Neq; enī esse signū ē rei aut non ē ē.
Quod tamen ualet tamquam si dicam. id quod dico

currit. non significat esse ipsū cursū aut non ē ē;
si enī significaret. ita diceretur. currere ē ē.
uel currere non ē; Nunc autem currit non desig
nat esse ipsā rē uel non ē ē. Dicitur enī solū et ē
intellegatur quidā sed neq; adfirmationē sig
nificat neq; negationē; Idcirco quia neq; ponit
rem ē ē nec eā interimit. quod p(er) hoc monstrauit
quod ait. neq; enī ē ē signū ē rei uel non ē ē; id ē
neq; enī quodlibet uerbū ita praedicatur ut signū
sit illius de qua p(rae)dicatur. quoniam ē uel quoniam non ē;
Nec si hoc ipsū ē ē purū dixeris. ipsū quidē nihil ē.
consignificat autem quandā conpositionē. quā sine
conpositis non ē intellegere; Est uerbū tunc
tū cū dico uerbo uel nomine. sol& facere p
positionem. ut homo est. uel currere ē ē; ipsū autem
ē purū si dictū inquit fuerit. neq; uerū ē.
neq; falsū. a quo omnes pene enuntiationes
fiunt quae simpliciter; Ergo nec si hoc ipsū est
purū dixeris esse aliquid aut non ē ē signifi
cat. id ē aut adfirmat aut negat. idcirco quia
ipsū ē simpliciter nihil ē; non quod omnino
nihil significet. sed quia nihil neq; ueritatis habeat
neq; falsitatis; id ē non nihil ē ad significa
tionē. sed ad ueritatis falsitatisq; significationē.
de qua nunc tractabitur. Cur autem nihil uerum fal
sumq; monstraret ostendit; Est enī duobus modis
dicitur. ut uerū falsumq; designat. aut cū
unā rem qualibet propria conpositione
constituit ut cū dico homo ē ipsū ē cū homine
iunctū atq; conpositum ē ē hominē constituit.
& fit ex inde enuntiatio; Aut rursus cū duas
res p(er) ipsius uerbi conpositionē copulatione
q; iunguntur. ut ē homo animal ē; homo namq;
& animal copulantur atq; iunguntur p(er)
id quod dicitur homo animal ē. Ergo si omnes
ueri falsiq; in enuntiatione significatio ei quod
dicitur ē. in conpositione ē. quia aut sua conpositione
aliquid ē ē constituit. aut duas res copulat
atq; conponit. Uis ei quae in enuntiationibus p(ro)po
sitionibus quae monstratur. in ueri falsiq; scilicet
designatione. praeter ipsas conpositiones in quibus
hoc solet efficere nulla ē; atq; hoc ē quod ait;
Consignificat autem quandā conpositionē quā
sine conpositis non ē intellegere; Cū enī

dicto est. nihil significatiuum utrum quid sit aut non sit, quod si faciat
enuntiationem componam necesse est, ut homo est aut ho
mo animal est; quare si omnes eius in ueri falsique
enuntiatione ad compositionem referantur, cum praeter composi
tionem dicatur quod in compositione designare potest
id praeter compositionem non designat, potest autem compositione
facta uerum falsumque in enuntiatione monstrare; hoc igitur
sine compositione in uerbo esse nullus ueritatis est, recte
igitur dictum est consignificare quandam compositionem quae si
ne compositis intellegi non ualet;

Oratio est uox significatiua cuius partium aliquid signi
ficatiuum est separatum ut dictio, non ut adfirmatio. Omnis quidem
compositio ex eorum suscipit naturam, ex quibus tota com
positio ipsius corpus efficitur; quare quoniam oratio uocibus
constat et nominibus quae significatiua sunt, recte
orationem quoque significatiuam esse diffinit, sed distat oratio
his ex quibus ipsa efficitur id est nominibus atque uerbis, quod
eorum partes nihil extra designant. Orationis uero pars
aliquid separata significat; nam si nomen et uerbum
partes orationis sunt, haec autem per se significant, nomen et uer
bum separata et partes orationis significare, quod
modo autem significent sequenti determinatione
monstrauit; Significat igitur pars orationis
ut dictio semper, non semper ut adfirmatio; nunc autem dictionem dicit
dictionem simplicem uel uerbi uel nominis nuncupationem;
Sunt enim quaedam orationes quarum partes ita
significant quasi adfirmatio, ut in ea oratione
quae est si dies est lux est. id est quod dicimus lux est tota ois oratio
nis pars est. haec significat tamquam adfir
matio; sed non omnis oratio adfirmatio
nem habet in parte. haec etenim ipsa quod dicit lux est
habet in partibus, id quod dicimus lux est et rursus id
quod dicimus est dies, utrumque ipsorum adfirmatio est.
sed tantum simplex dictio; omnis ergo oratio dic
tionem quidem habet in parte, non uero omnis
oratio adfirmationem; Recte igitur dixit partes orati
onis significare ut dictionem non ut adfirmati
onem; quid autem sit dictio ipse paulo post clarius de
monstrabit; Et dictio non adfirmatio dico,
aut ut homo significat aliquid, sed non quoniam est aut non
est. sed erit adfirmatio uel negatio si quid ad
datur; Quod supra proposuit dicens orationis partes
ut dictionem significare non ut adfirmationem
hoc conuenienti monstrauit exemplo; homo in

quit dictio est. Et est pars orationis si in tota ora
tione ponatur ut est homo animal est; Ergo id quod
dicimus homo dictio quidem est, sed non adfirmatio est;
Cum ergo nomen hoc id est homo pars orationis sit et non adfirma
tio, sit docet uerum esse quod dicit orationis partes signi
ficare ut dictionem non ut adfirmationem; Docet autem illud quoque
nomen hoc adfirmationem non esse quod in adfirmatione semper
ueritas aut falsitas inuenitur, Nomen uero simpliciter dictum neque ue
rum neque falsum est; quare nomen hoc id est homo ut adfirma
tionem non significat. sed designat aliquid simplex. Signi
ficat igitur aliquid ut dictio; haec autem dictio si ei aliquid
addatur ut est uel non est aut uiuit uel non uiuit aliud quod enuntiationem
possit efficere. erit adfirmatio; si enim quis dicat
homo est uel homo uiuit fit adfirmatio; atque
hoc est quod ait. sed erit adfirmatio uel negatio
si quid addatur, si enim aliquid illi adponatur
uel oppositum illi negatur ut enuntiatio cons
tituta possit ut adfirmatio negatioue perficiatur;
Si quis enim dicat homo uiuit adfirmatio est, homo
non uiuit negatio est; docet autem dictionem esse uocem
secundum positionem per se significantem per hoc quod ait,
sed non una hominis syllaba; una enim hominis
syllaba dictio non est, idcirco quod nihil per se separata sig
nificat ut in ho et mo sicut superius ostendimus;
omnis enim huiusmodi pars quae per se nihil significat
non est dictio; sed tamen in toto nomine quiddam po
situm designat et consignificat ut in eo quod ipse po
suit exemplo, ut in eo quod est sorex. rex significat
sed ut ea est nunc sola in duplicibus et significat
quidem. sed non secundum se quemadmodum dic
tum est; in eo enim quod est sorex. rex quidem
quidem aliquid significare. sed cum toto no
mine consignificat potius quam quicquam
se ipsum designat quemadmodum supra la
dictum est; docuit enim superius partes nominis
nihil omnino significare separatas. quod ergo
dicit sed non secundum se, id est in eo quod est sorex
rex per se nihil significat; sed tamen quiddam
consignificat quod cum toto nominis composi
tione designat cum et so syllaba. Et rex nunc
ac tantum hic est so rex in ipsa syl
labarum coniunctione designat est autem
oratio omnis quidem significatiua non sicut
instrumentum. sed quemadmodum dictum est
secundum placitum;

& uocatiuam

Plato nomina naturalia esse constituit, et hoc hic improba-
re contendit, quod quoddam supellex et quodammodo instrumen-
tum sit uocis sensuum que dendi naturalium uero supellectiles
sunt. Naturalis ut oculi instrumenta quidem sunt ui-
dendi, qui uisus res naturalis est; quare oculos quo-
que naturales esse necesse est. Ita etiam oratio rerum
naturalium supellex est atque instrumentum idem sen-
tentiarum; quare ipsa quoque est naturalis. Aristo-
teles autem dicit non secundum naturam esse mora-
tionem sed secundum placitum; quocirca necesse eo ora-
tionem supellectilem naturalem. Quod enim dicit non
esse instrumentum non dicit. Non per hoc instrumen-
tum sensa proferri, sed tantum tenet esse orationem
secundum positionem per quam proprias senten-
tias demonstremus. Cuius enim rei partes ad
placitum sunt, ipsa quoque est ad placitum; sed
orationis partes nomen et uerbum est. Haec
autem sunt ad placitum non natura. Oratio
igitur ipsa secundum placitum positionem que
est, sed non est naturaliter constituta. Et autem
integra diffinitio orationis haec: oratio est uox
significatiua secundum placitum cuius partes
aliquid extra significent. Enunciatiua uero non
omnis, sed in qua uerum uel falsum inest; non
autem in omnibus, ut deprecatio oratio quidem
est, sed neque uera est neque falsa. Orationis ut
supra iam diximus multae sunt species. Est
enim oratio prima optatiua ut utinam tibi
istam mentem dii inmortales duint. II uoca-
tiua ut o iustu. III imperatiua ut capesse hoc
dortio. IIII deprecatiua ut iuppiter omnium
potens et reliqua. V enunciatiua ut dies est,
dies non est. Sed in hac sola specie orationis
ueritas et falsitas inest, in illis uero ceteris minime.
Uolens autem Aristoteles ostendere multas
esse orationis et non omnem orationem esse
enunciatiuam, hoc addidit: deprecatio ora-
tio quidem est, sed neque uera neque falsa.
Et enim deprecatio in orationis speciebus
ponitur, sed nulla in ea ueritatis natura falsi-
tatis que cognoscitur. Et cetera quidem relin-
quantur; rethoricae enim uel poeticae con-
uenientior consideratio est; enunciatiua
uero praesentis est speculationis.

Deprecatiuam inquit et optatiuam atque impera-
tiuam poetis atque oratoribus relinquamus. Illis
enim uel ad imitandos uel ad mouendos affec-
tus ceterae orationis species adsumuntur. Nos
uero philosophi quibus ueritatis discretio
cure est, de illa sola oratione tractamus
in qua uerum liberum possit agnosci. In enun-
tiatione uero aut ueritas inest aut falsitas.
Quocirca nos quoque de enuntiatione tractere-
mus. Est autem una prima oratio enuntiatiua
affirmatio. II deinde negatio. III aliae
uero coniunctione unae. Enuntiatiuarum
orationum aliae per se unae, id est homo uiuit, homo
est animale. Aliae coniunctione unae, ut est
si homo est animal est; homo enim et animal est
duae sunt. Sed addita coniunctione quae est
si una redditur. Earum autem quae unae coniunc-
tione sunt, prima est affirmatio, secunda
negatio. Hoc enim tollit negatio quod affirma-
tio ante constituit, et hoc negatio diuidit quod
illa coniunxit. Enuntiatiuarum igitur ora-
tionum earum quae per se unae prima est
affirmatio deinde negatio. Aliae uero sunt
non per se unae, sed cum plures sint naturaliter
unae fiunt coniunctione. Necesse est autem
omnem orationem enuntiatiuam ex uerbo
esse uel casu. Et enim hominis rationi si non aut est
aut erit aut fuit aut aliquid huiusmodi ad-
datur, nondum est oratio enuntiatiua.
Aristotelis in greco textu sic non habet ut nos
supra posuimus, sed hoc modo: et enim homi-
nis rationi si non aut est aut erit aut fuit aut cetera
sub intellegentium relinquente philosopho,
quod de ratione diceret idem diffinitione quam
greci logon dicunt; sed cum supra de oratio-
ne tractasset quae apud illos eodem modo
logos uocatur, dum de hominis ratione idem
diffinitione uellet dicere quae non signi-
ficat uerum uel falsum nisi ei aut est aut fuit
addatur. Communione uocabuli usus
a logon de quo superius tractabat rettu-
lit, ut non orationem intellegeremus,
sed potius rationem, de qua re illis nunc
satisfacimus si qui grece orationis periti nos

de falsitate

si sint

forte culpabitur. cur quod ille non fuit nostrae translationi adiecerimus; nos enim ad faciliorem intellectum latinae orationi famulantes ter. hoc adposuimus. quia de oratione loquentib; intellectus ad rationem nisi id esset adiectum transferri non poterat; tantum uero quod dicit aristoteles; Enuntiatiuae orationis simplices. has uerba construunt; ex duob; enim nominib: solis enuntiatio non fit; ex nomine autem & uerbo fit. ut est homo uiuit; fit quoque ex solis uerbis ut est. ambulare moueri est; fit etiam ex casu uerbi ut socrates fuit & item uel dies erit; erit enim & fuit uerbi casus sunt; quocirca enuntiatiuam orationem simplicem sola maxime uerba construunt; eorumque ponit exemplum; in quo cum plura sint nomina nisi addito tamen uerbo. in enuntiationis proprietatem & significantiam non uenit. ut est definitio hominis; ratio enim hominis est species hominis definitio; cui si non aut est aut non est. aut aliquid huiusmodi addatur. enuntiatio esse non poterit; nam si quis dicat animal rationale mortale. nulla in eo adhuc falsitas aut ueritas intellegitur; si uero addatur est. aut fuit si animal rationale mortale est. enuntiatio sine ulla dubitatione efficitur;

Solum igitur uerbum enuntiatiuam simplicem continet orationem; Quare autem unum quiddam est & non multa animal gressibile bipes neque enim eo quod propinque dicuntur unum erit est alterius hoc tractare negotii; Cum de simplicib; atque unis orationib; loqueretur; definitionem hominis inposuit. De qua nunc hoc dicit; Ita quidem inposita est definitio hominis tamquam si una esset oratio; Cur autem una sit oratio. nunc inquit dicere intermittimus; neque enim idcirco una esse putanda est. quia continue dicitur & sibimet propinque. animal gressibile bipes; posset enim uideri horum continua & sibi adpellatio una facere enuntiationem. sed hoc aristoteles negat; Nam non idcirco una oratio est quia propinque & continue dicitur. Cur autem una sit. alterius est hoc tractare negotii & de eo disputat in his libris quos meta fisica inscripsit quod est opus philosophiae primae; Nobis autem hoc in secunda editione monstrandum est

Est autem una oratio enuntiatiua quae unum significat uel coniunctione una. plures autem quae plures & non unum uel inconiunctae; Duplicem modum unarum multarumque orationum edenuntiat; est enim namque una oratio uel cum unam rem significat. uel cum coniunctione una est. ut est ea quae dicit; Animal rationale mortale homo est; hanc enim huius orationis sententiam nullus in multas significationes deducere poterit. sed unum quiddam significat. est est coniunctione; Alia uero oratio est una quae per coniunctione una est. ut si dies est lux est; Est ergo una oratio. quae uel unam rem significat uel coniunctione iungitur; plures autem quae plures significant. ut est canis mouetur; hanc enim potest & ad latrabilem. & ad marinum. & ad caelestem auditor aduertere. atque ideo cum multa significat. non est una oratio. sed plures; Sunt quoque orationes per se plures & numero & significatione. quae nulla coniunctione copulantur. ut si quis dicat. sol est. pater est. nox est. caelum uoluitur; haec cum plura significent. nulla tamen coniunctione iunguntur; atque ideo plures orationes uocantur; in summa igitur orationum unarum aliae est significatione unae. aliae coniunctione; non unarum uero orationum aliae est significatione plures. aliae eo cum nulla est coniunctione copulantur. est simpla

Nomen ergo & uerbum oratio dictio sit sola cum non est nomen dicere sic aliquid significantem uoce enuntiare uel aliquo interrogante uel non sed ipsum proferentem; Per hanc sententiam simplex dictio quid sit exponit; dictionem enim uerbum nomen quae dictionis uideri solum non etiam adfirmationis. atque huius sententiae causam subnectit; Idcirco enim uerba & nomina dictionis solum sunt. quoniam cum dicta fuerint simplicia siue aliquo proferente uel sponte dicente siue ad alterius interrogationem aliquo respondente neque uerum est hic neque falsum uel ad intellegi; si quis enim praedicat socrates. uel rursus per se solum simplex quae est ambulat. neque uerum efficit neque falsum; Si uero alio interrogante socrates ne ambulet. ille respondeat ambulabat. si hunc ipsi uerbo per sequi siquam uelit aduertere quod dicit

ambulabat enuntiatio nulla est; quod si cum superiore
interrogatione coniungatur cum ex interrogationis et
responsionis coniunctione enuntiatio [illegible] nascitur;
solum autem nomen uel uerbum neque dicente aliquo et sponte
proferente neque respondente potest quisquam dicere esse enun-
tiationem factam; et sensus quidem huiusmodi est;
ordo autem uerborum talis est; nomen ergo et uerbum dictio sit sola.
quoniam si aliquem significantem uocem id est nomen aut uerbum
simpliciter proferentem non est dicere enuntiare; Non enim possumus
dicere quod aliquid enuntiauerit qui simplex nomen
aut simplex protulit uerbum siue alio interrogan-
te uel non interrogante sed ipso sponte proferen-
te; Harum autem haec quidem simplex enuntiatio.
ut aliquid de aliquo uel aliquid ab aliquo. haec autem
ex his coniuncta uelut oratio iam composita; Nunc
oratio quid sit simplex compositaque declarat; Est
enim simplex oratio quae duobus terminis constat;
termini autem sunt nomina et uerba quae in simplici
propositione praedicantur ut in eo quod est socrates disputat socra-
tes et disputat termini; et qui minor terminus
in enuntiatione proponitur ut socrates subiectus dicitur.
et ponitur prior; qui uero maior praedicatus et locatur pos-
terior ut disputat; quaecumque compositio ex uno sub-
iecto et ex uno praedicato facta est illa simplex enuntia-
tio nuncupatur; atque hoc est quod ait. Harum autem
id est enuntiatiuarum simplex est enuntiatio ut a-
liquid de aliquo; Ut unum praedicatum quod est ali-
quid de uno subiecto quidem de aliquo praedicetur;
hoc autem ponitur ad adfirmationem ut aliquid
de aliquo praedices; ad negationem uero ut u-
num aliquid ab uno alio praedicando disiungas;
ut in eo quod est socrates non disputat disputa-
re unum terminum a socrate ab alio termino pre-
dicando disiunxi; Aliae uero sunt orationes
enuntiatiuae quae compositae nominantur.
quae ex simplicibus orationibus conponuntur ut
est. si dies est. lux est; dies est et lux est. duae sim-
plices enuntiatiuae orationes. idcirco quod bi-
nis terminis constant. ex duabus autem simplicibus
orationibus tota haec oratio est quae dicit. Si
dies est. lux est; hoc est enim quod ait. haec autem
ex his coniuncta. Id est ex simplicibus orationibus
enuntiatiuis. uelut oratio iam composita quip-
pe quarum totum corpus ex his iungitur quas sim-

plices esse supra iam docui; est autem simplex
enuntiatio uox significatiua de eo quod est
aliquid uel non est. quemadmodum tempora diui-
sa sunt, postquam de compositis [illegible]s orationibus
simplicibusque tractauit. definitionem adfirma-
tionis ingreditur. ait enim. Enuntiatio est uox signi-
ficans adfirmationem uel negationem. uel in
preteritum uel in presens uel in futurum tempus;
Quod enim dixit de eo quod est ad adfirmationem
retulit; quod addidit uel non est. ad negationem.
quod uero sequitur est quemadmodum tempora di-
uisa. ad singulorum temporum retulit rationem;
Siue enim aliquis sic dicat. socrates uiuit socrates
non uiuit. siue socrates uixit. siue socrates non uixit.
uel sic socrates uicturus est socrates uicturus non est.
quoniam adfirmatio est aut negatio. quoniam quaelibet
ipsarum in aliquo tempore est. quae diuiduntur in
futurum presens et preteritum. plenam retinet simplicis
enuntiationis naturam; Adfirmatio uero est enunti-
atio alicuius de aliquo. negatio uero enuntiatio
alicuius ab aliquo. Adfirmationis et negati-
onis determinationem enuntiationis. Nomen
sumpsit ut generis; Est autem adfirmatio quotiens
aliquid de aliquo cum eo quod est esse predicamus.
ut cum dicimus homo animal est. animal de ho-
mine praedicauimus; Quotiens autem aliquid ab ali-
quo predicando disiungimus negatio est. ut homo
lapis non est; lapidem enim ab homine disiunxi-
mus; quare recta adfirmationis et negationis
facta est definitio; Quoniam autem est enuntiare et quod est
non esse. et quod non est esse. et quod est esse. et quod non est non esse. et circa
ea quae sunt extra presens tempora similiter omne con-
tingit quod quis adfirmauerit negare et quod
quis negauerit adfirmare; quare manifestum est
quoniam omni adfirmationi est negatio opposita et om-
ni negationi affirmatio. et sit hoc contradic-
tio. affirmatio et negatio oppositae. Nunc
diuidit enuntiationis uel quae de his fieri possunt
rebus quae sunt uel quae de his quae non sunt. siue in
adfirmatione siue in adnegatione. dicit enim
quoniam est enuntiare quod est non esse. ut si quis dicat
nullus homo animal est. hoc enim quod est non esse
proposuit. haec est falsa negatio. II. et quod non est
esse. ut si quis dicat omnis lapis animal est. quod enim

non esse constituit; et haec est falsa adfirmatio; iii.
et quod est esse, ut si quis dicat omnis homo animal
est; quod enim est esse confirmat, et haec est adfirmatio
uera; iiii. et quod non est non esse, ut si quis dicat ani
mal nullus est lapis; quod enim non est non esse propo
suit, et est haec uera negatio; et non solum hoc in prae
senti tempore, sed circa ea quoque quae praeter praesens
sunt tempora; hoc autem tantum ualet ac si diceret;
hoc non modo in praesenti tempore ita enuntiari potest
ut sit et uera et falsa negatio et rursus uera
falsaque adfirmatio, sed etiam in praeterito et fu
turo quae extra praesens tempus sunt; similiter enim
omne contingit quod adfirmatur negare,
et quod negatur ab alio aliud rursus adfir
mare. quod si omni ueritati falsitas opponitur,
est autem et adfirmationis et negationis falsas
proferre, constat quod omni negationi ad
firmatio et omni adfirmationi negatio
opponitur; hinc ergo quid sit quod dicitur
contradictio declaratur; est enim contradic
tio adfirmationis et negationis oppositio;
Cum enim quis adfirmat quod alius negat
ipsa utrarumque propositionum pugna contradictio
nominatur; atque hoc est quod ait: et sit hoc con
tradictio adfirmatio et negatio opposita;
Cum enim adfirmatio negationi opponitur
contradictio est; sed quae sit adfirma
tio opposita negationi aut quae sit ha
rum propositionum oppositio in sequentibus
prodit; neque enim quaelibet negatio cuilibet
adfirmationi opposita, sed tantum hae
quas in sequentibus ipsa determinando docuit
ea erit contradictio adfirmatio et ne
gatio opposita; quae sint autem opposita
sequens expositionis ordo contexit; Dico
autem opponi eiusdem de eodem non autem aequi
uoce et quaecumque cetera aliud determinamus
contra sophisticas inportunitates; Fuerit tunc
oppositionem in adfirmationibus negationibusque
demonstrat cum idem subiectum idemque praedica
tum in negatione fit quod quilibet in adfirma
tione proposuit; oportet enim semper si oppositae ad
firmatio negationi unam esse ueram alteram
falsam; quod si utraeque falsae aut utraeque uerae sint

oppositae, neque enim se perimunt; si autem una sit fal
sa alia uera, tunc uera peremit falsam et si illa
fuerit uera alia mox a ueritate descendat, id est
quod si in quolibet adfirmatione uel aut subiectum
aut praedicatum fuerit aequiuocum non sunt oppositae;
Si quis enim dicat alexander helenam rapuit et hoc
negetur alexander helenam non rapuit quoniam
alexandri nomen aequiuocum est potest utrumque
esse uerum et negatio si de alexandro magno loquatur
et adfirmatio si de alexandro troiano ponatur;
Quare non sunt haec oppositae; illas autem esse dicit op
positas quaecumque eiusdem praedicati habent oppositi
onem de eodem subiecto ut ibi nulla aequiuocatio
diuersitatis causa sit; hoc enim est quod ait; Dico autem
opponi eiusdem de eodem non autem aequiuoce.
Ut eiusdem praedicati sit oppositio in negatione quae
fuit in adfirmatione et de eo subiecto fiat subiec
tio de qua ante facta est adfirmatio; Sed diligen
tius hoc in libro quem sophisticon elenchon inscripsit
edisserit; illic enim sophistarum quos fallaces
argumentatores latine possumus dicere qui
per huiusmodi propositiones quae uerum inter se fal
sumque non diuidunt mendaces colligunt syllo
gismos argumenta distinxit quibus capere res
pondentem atque innectere consuerunt; ergo
nunc hoc dicit: et alia esse obseruanda quae
contra argumentatorum inportunitatem deter
minata sunt; quae tamen ille dicenda a me se
cunda editionis textus expectet; Quoniam autem
sunt haec quidem rerum uniuersalia illa uero
singillatim; dico autem uniuersale quod in pluribus
natum est praedicari singulare uero quod non
Omnis propositio quemadmodum fiat ostendit;
secundum res enim quae significantur proposi
tionis natura perspicitur; rerum autem aliae sunt
uniuersalia aliae particularia; uniuersa
le est quod de pluribus praedicatur ut homo de
pluribus dicitur et est uniuersalis; singillatim
uero est ut quaelibet res indiuidua cuius nulla
praedicatio ad similem et subiecta quemad
Ut plato uel socrates; horum autem naturam docet
exemplis; ait enim; est homo quidem uniuer
sale plato uero eorum quae singularia;
Nam si hoc est uniuersale quod de pluribus praedicatur


aliquotiens [illegible] quae sunt singularia [illegible] et saepe

homo universale est; de pluribus enim individuis dicitur; quod
si hoc rursus sit singulare quod de nullo alio praedicatur. plato
singularis est. individua enim neque de nullis aliis praedicantur.
quoniam ergo sunt quaedam rerum universalia. alia vero singularia.
manifestum est quoniam omnis adfirmatio aut negatio quae haec
constituit, necesse est aut enuntiare quoniam inest aliquid aut non
aliquotiens quidem eorum aliquid quae sunt universalia aliquotiens
quidem eorum quae sunt singularium;
Omnis namque propositio aut singulare habet subiectum aut uni
versale subiectum, sive in adfirmatione contineatur sive ab
nuat negatione; si quis enim dicat homo ani
mal est. homo animal non est. universale dixit id est ho
minem. animal autem esse aut non esse proposuit atque hoc
quod ait necesse est aut enuntiare quoniam inest aliquid
aut non aliquotiens quidem eorum aliquid quae sunt universalia
homo animal est. item universale animal illi inesse adfir
matio posuit si dixit homo animal est. et non esse negatio
quae ait homo animal non est. rursus si aliquis dicat
socrates disputat. socrates non disputat. alicui
eorum quae sunt singularia esse et non esse coniunxit. et hoc est
cum quod ait aliquotiens autem eorum quae sunt singularia;
Nam cum socrates singulare quiddam sit disputa
tio et ab adfirmatione iuncta est et a ne
gatione seiuncta; si ergo universaliter enuntiet
aliquis in universali quoniam est aut non, erunt contrariae
enuntiationes. dico autem in universali enunti
ationem universale. ut omnis homo albus est.
nullus homo albus est. quando autem in univer
salibus non universaliter, non sunt contrariae. quae autem
significantur esse contraria. Omnis enim ad
firmatio omnisque negatio aut universalis
est aut particularis aut indefinita; univer
salis est adfirmatio. ut si quis dicat omnis homo
animal est; cum sit enim in universale subiectum
homo. de multis enim praedicari aliis potest uni
versaliter praedicatum est; diximus enim omnis homo
animal est. non solum hominem quod est universale posu
imus, sed etiam omnem quod est universale. id est omnem
adiecimus universali. id est homini; et haec est
adfirmatio universalis; sin vero dicat aliquis
nullus homo animal est. rursus homini uni
versali rei determinationem universalem
id quod dicitur nullus adiecit; sive ergo in adfir
matione sive in negatione sic est universaliter

aliquis proferat. universale universaliter
proponet. Non proponet autem universale universaliter
quotiens ita dicit. homo animal est. homo
animal non est; cum enim homo sit res uni
versalis. nulla adiectione universalitatis
quae est nullus aut omnis adfirmationem vel
negationem fecit; quocirca repetendum est;
Adfirmatio universalis est. in qua universale
universaliter praedicatur adfirmative; et ne
gatio universalis in qua rursus universale
universaliter praedicatur negative; sed hae
huiusmodi contrariae sunt; fieri enim non potest ut ubi
vera est adfirmatio universalis, illic univer
salis negatio vera sit. vel e contrario. fieri tamen
potest ut utraeque inveniri falsae possint. ut omnis
homo iustus est. nullus homo iustus est; hic enim utraeque
sunt falsae; et una quidem vera et falsa altera
reperiatur. ut in eo quod est omnis homo ani
mal est nullus homo animal est. una vera est
altera falsa; ut vero utraeque verae sint fieri
non potest; quocirca quoniam utraeque falsae inveni
untur. oppositae non sunt. sed sunt contrariae. Cur
autem contrariae dicantur. alio loco nobis erit di
cendum; particulares vero propositiones sunt
huiusmodi. quidam homo animal est. quidam homo animal
non est; hae dicuntur subalternae; adfirma
tio enim particularis sub adfirmatione uni
versali subalterna est. rursus eodem modo
particularis negatio sub universali negatione
subalterna est; sed hae aut utraeque verae sint aut
una vera altera falsa fieri potest. ut utraeque
falsae sint. non potest inveniri. ut in eo quod est quidam homo iustus est quidam homo iustus non est.
utraeque sunt verae. cum vero dicimus quidam homo ani
mal est quidam homo animal non est. una vera est
altera falsa. et dicuntur adfirmatio et nega
tio particularis subcontrariae; quare nec istae vero
contra oppositae. idcirco quoniam utraeque verae in
veniuntur [illegible]. sit autem harum talis
descriptio

	CONTRARIAE		
SUBALTERNAE	affirmatio universalis	negatio universalis	SUBALTERNAE
	omnis homo iustus est	nullus homo iustus est	
	SUBCONTRARIAE		
	affirmatio particularis	negatio particularis	
	quidam homo iustus est	quidam homo iustus non est	

ergo neque superiores uniuersales neque inferiores particulares oppositae sunt idcirco quod inferiores quidem utraeque uerae et superiores utraeque falsae esse possunt; sunt autem oppositae contradictoriae ut ipse autem figuras aspiciat angulares. ut adfirmationem uniuersalem particulari conparet negationi idem omnis homo iustus est quidam homo iustus non est. haec enim simul neque uerae possunt inueniri neque falsae. sed semper in omnibus una uera est altera falsa; et rursus si uniuersali negatio particulari adfirmationi conparetur. reperiuntur oppositae ut est nullus homo iustus est quidam homo iustus est; semper enim una uera est altera falsa; et hoc in quibus libet terminis dispexeris. oratio non discrepabit; sit autem plenissima hoc modo discriptio;



Sunt ergo determinationes uniuersalium quidem. omnis et nullus; particularium uero quidam; illae autem propositiones quae neque uniuersale habent additum. neque particulare. indefinitae uocantur et particularibus similes sunt; ut est homo iustus est. homo iustus non est; possunt enim utraeque esse uerae ut in hoc ipso exemplo quod diximus potest esse una uera altera falsa. ut homo animal est homo animal non est. utraeque uero ut falsae sint non potest inueniri; et haec ut dictum est uocantur indefinitae; praeter has autem omnes singulares sunt. in quibus contradictio poterit euenire. ut in eo quod est socrates animal est. socrates animal non est. socrates iustus est. socrates iustus non est; Nam si nulla eas equiuocatio uel praedicati uel subiecti uel alterius temporis uel aliquid eorum quae per singula determinantur inpediat. semper una uera est altera falsa; quare quoniam de omnibus in commune speculatissimus. et quid quaeque esset quantum breuitas patiebatur expressimus. ad textum nunc quoniam tempus est reuertamur; Si ergo inquit uniuersaliter enuntiet in uniuersali quoniam est aut non erunt contrariae enuntiationes; Uniuersaliter enuntiet aliquis in uniuersali quotiens uniuersalem adfirmationem aut uniuersalem fecerit negationem; Cum enim dicit omnis homo animal est. uniuersale hominem uniuersaliter enuntiauit. propter id quod addidit omnis; quod si rursus dicat nullus homo animal est. eadem modo uniuersale hominem uniuersaliter enuntiat. propter id quod ait nullus. erunt contrariae; quas autem dicat esse contrarias subiecto declarat exemplo; Dico autem in uniuersali enuntiationem uniuersalem. ut omnis homo albus est. nullus homo albus est. Una si quidem est adfirmatio uniuersalis altera negatio uniuersalis. quas contrarias esse supra in descriptione docuimus; quando autem in uniuersalibus non uniuersaliter non sunt contrariae. Quotiens autem inquit indefinitae sunt propositiones et uniuersale uniuersaliter non proponitur. contrariae non sunt. ipsa enim adfirmatio quae dicit. homo iustus est. eius quae dicit homo iustus non est. contraria non est; possunt enim utraeque simul esse uerae. et in eodem homine quod in contrariis fieri inpossibile est; Quod uero addidit quae autem significantur. esse contraria. tale est; ipsae quidem propositiones contrariae non sunt. significant tamen aliquando contraria

siquis enim dicat homo albus est et albus non est
homo albus non est, ipse quidem contrariae
non sunt. quod autem dicitur homo albus non est.
potest quiddam significare contrarium.
Nam designat hoc quod dicitur homo albus
non est et rubri coloris esse et pallidi et fusci.
designat et eum nigrum quod est albo contra
rium; potest igitur id quod non est albus esse
nigrum; ergo quamquam in se contrariae non
sint tamen potest aliquando quiddam con
trarium significare priori adfirmatio
ni. ut in eo quod diximus; Nam si id quod di
citur non est homo albus nigrum esse desig
nat. quoniam is qui niger est albus non est. contra
riae quidem propositiones non sunt quippe quae po
sunt esse utraeque verae; quae autem significan
tur. interdum contrariae reperiuntur;
quae autem sint huiusmodi propositiones ex
emplorum subiectione monstravit; DICO
AUTEM NON UNIVERSALITER ENUNTIARE
IN HIS QUAE SUNT UNIVERSALIA UT EST ALBUS
HOMO NON EST ALBUS HOMO; et quid dicat esse
universale universaliter praedicare. planis
sima demonstravit dicens; Cum enim univer
sale sit homo non universaliter utitur
enuntiatione. omnis namque non universale.
sed quoniam universaliter significat. Nam id
quod dicitur omnis, illud ad quod praedicatur
colligit. atque in unum corpus adducit ut cum
dicitur. hominis homo iustus est. nullum ex
cipit hominem. sed totam colligit humanita
tem. et fit idem universalis hominis praedi
catio universalis. cum dicimus. omnis ho
mo. nam cum sit universale homo. hunc univer
salem universalitate consignificat id quod
additur. omnis. et res universalis uni
versaliter praedicatur; IN EO VERO QUOD
UNIVERSALE PRAEDICATUR ID QUOD EST UNIVERSALE
PRAEDICARE NON EST VERUM; hanc eius sententiam
quae ad locum universalitatis determi
nationem recte ponamus instituit. Dicit
enim saepe ipsam universalitatem quam deter
minationem universalem vocamus ad
subiectum poni debere terminum. Nam quam

ad praedicatum; siquis enim sic dicat. omnis homo ani
mal est. recte dixerit. omnis ad subiectum id est ad
hominem ponens; quod si sic dicat. omnis homo omne
animal est. falsum dixerit; Ergo hoc in eo dicit;
In eo vero quod universale praedicatur ut
animal de homine. animal enim universale est
de omni enim homine praedicatur. non est verum hoc
ipsum universale quod est animal universa
liter praedicare. ut dicatur omne animal
esse hominem; nec solum in his sed in nulla recte
fieri adfirmatione concedit; At enim nulla
erit adfirmatio vera in qua de universali universale
praedicata universaliter praedicetur. hoc autem
cur eveniat. pauca ostendunt; praedicatum saepe
maius est subiecto. vel aequum, maius. ut cum di
co homo animal est. animal praedicatur. ho
mo subicitur sed maius est animal homine;
de pluribus enim quam ipse homo praedicatur;
rursus aequale est. cum sic dicimus. homo risibilis est.
homo subiectum est. risibile praedicatum; sed homo
atque risibile aequalia; proprium namque est
hominis. quod est risibile; ut autem minus praedi
catum inveniatur quam subiectum fieri non po
test; sive ergo maius sit praedicatum falsum
est universale adicere praedicato ut in eo quod
ipse proposuit exemplo. Omnis homo omne
animal est; sive aequale sit. superfluum est. si quis
dicat omnis homo omne risibile est; quare
universale praedicatum. praedicare univer
saliter non oportet; OPPONI AU
TEM ADFIRMATIONEM NEGATIONI DICO
CONTRADICTORIE QUAE UNIVERSALE SIGNIFI
CAT EIDEM. QUONIAM NON UNIVERSALITER. UT OMNIS
HOMO ALBUS EST. NULLUS HOMO ALBUS EST. QUIDAM
HOMO ALBUS EST; Quid sit propriae contradictio.
consequenter exponit; At enim opponi contra
dictoriae propositiones. quotiens universa
le adfirmationem particularis abnuit
negatio. et quotiens universalem negationem
adfirmatio. particularis. adstruxerit;
ut enim dicitur omnis homo albus est. illa nega
tio quae dicit non omnis homo albus est. de eo de
homine universaliter tollit. quod univer
saliter adfirmatio constituerat;

omnem

illa enim hominem esse album ponit. illa dicit etiam
omnem. tamquam si concedat aliquem. sed et tamen auferat
universalitatem; hoc est enim quodam quae
universale significat eidem, quod non universaliter;
nam sicut universale significat
adfirmatio dicens hominem. ita quoque negatio
universale significat. habet enim et
ipsa hominem. sed idem ipsum universale
docet non esse universaliter. id est non omnem
esse album. quod adfirmatio universaliter
esse posuerat. omnem hominem esse album proponens;
eodem modo et ceteram in negatione quas nos superangulares
possumus et contradictorias in discriptione. hic nunc easdem oppositas
contradictoriae vocat; quod autem
universali adfirmationi quae est omnis
homo albus est. particularem negationem
opposuit. quae est non omnis homo albus est. tantum
dicere. tamquam si diceret. quidam homo albus
non est; nam si non omnis homo albus est.
quidam homo albus non est; Contrariae vero
universalem adfirmationem et universalem
negationem. Planissime omnis
exsequitur. dicit quae contrariae sunt universale
adfirmationem et universalem negationem;
has enim nos quoque supra diximus.
hic vero non easdem contrariae demonstrat
opponi, illud quoque addidit quod eas
inpossibile sit in eodem veras aliquando
cognosci etiam si contrariorum natura in eodem
non potest inveniri. neque enim uno eodem que tempore
aliquid nigrum esse atque album. sic quoque nec
contrariae. ut utraeque simul sint verae fieri
potest; quod autem adiecit. his vero oppositas
contingit in eodem. Particularem adfirmationem
et particularem negationem designat;
particularis namque adfirmatio universali
negationi opposita est contradictorie. particularis
vero negatio universali adfirmationi;
contrariarum. Igitur oppositae
possunt in eodem verae aliquotiens inveniri.
id est particularis adfirmatio et particularis
negatio verae ut sint in aliquis fieri potest;
ut est. quidam homo albus est. quidam homo albus

non est. utraeque sunt verae; Quaecumque igitur
contradictiones universalium sunt. universaliter
necesse est alteram esse veram vel falsam.
et quaecumque in singularibus sunt ut est socrates
albus non est socrates albus. De contradictoriis
ac oppositis loquitur. et de singularibus propositionibus.
quod unam semper veram falsam semper
alteram necesse est inveniri; hoc enim dicit; contradictionis
inquit eorum quae sunt universalium
universaliter predicatorum. una semper vera est
altera falsa; universalium autem universaliter
predicatorum sunt contradictiones
universalium particularium predicatorum;
Nam adfirmatio universalis vel negatio
in universalibus universaliter predicatur.
horum contradictoriae particulares adfirmationes
vel negationes sunt. si sibi angulariter
comparentur; harum igitur contradictionum
quae sunt universalium
universaliter predicatorum una semper
vera est semper falsa altera repperitur;
in singularibus quoque idem est. Nam si
nulla ut dictum est varietas aequivocationis
inpediat. idem quae sit predicatum
idem que subiectum ad unum idem que tempus
ad eandem eandemque partem ad unum
idem que relatum uno atque eodem modo.
una semper vera est falsa altera. Ut veritatis
inter se naturam et mendacii partiuntur;
Quaecumque autem in universalibus
non universaliter. non semper haec vera
est illa vero falsa; Quae vero sunt inquit indiffinite.
ut neque universalem habeat neque
particularem determinationem quod tacuit.
non semper una vera est altera falsa sed
utraeque interdum inveniuntur verae. In universalibus
autem non universaliter predicatur
aliquid hoc modo; homo albus est homo
albus non est; in quo uno eodemque
tempore utrasque veras esse contingit;
hic enim cum universale sit homo non universaliter
predicatum est nomen, ad vero
nec particulariter; neque enim quidam
aut nullus aut omnis adiectum est; docet

aut huiusmodi propositiones non inter se dividere
veritatem atque mendacium hoc modo. Simul enim verum
est dicere quoniam est homo albus et non est homo albus;
et est homo pulcher et non est homo pulcher; si enim
foedus non pulcher. Et si fit aliquid et non est. Do
cumentum est huiusmodi dictum indefinitam adfir
mationem negationemque veras utrasque posse inve
nire; verum enim est dicere est homo albus et non est
homo albus. huius autem rei probatio est; nam si fuerit verum
dicere est homo niger et est homo albus simul uno
eodemque tempore. quia autem niger est albus non est. verum
est dicere uno eodemque tempore quoniam est homo albus
et non est homo albus; rursus si fuerit verum dicere quoniam
est homo pulcher et est homo foedus uno eodemque
tempore. quia autem foedus est pulcher non est, verum est
dicere uno eodemque tempore quoniam est homo pulcher
et non est homo pulcher. verum est autem dicere homi
nem esse pulchrum et hominem esse foedum uno eodemque
tempore manifestum est. Cum enim achilles esset pulcher
erat et thersites foedus. rursus si verum
est dicere esse hominem album. et rursus uno eodem
que tempore fieri hominem album; nec hoc ulla con
trarietas vetat. ut sit homo albus et rursus
fiat homo albus; sed qui fit albus. nondum albus est.
Verum est dicere igitur quoniam est homo albus et non est
homo albus; hoc est enim quod ait. Et si fit aliquid
et non est. cum enim fit. non est, sed potest dici quoniam est
albus homo. Et fit albus homo. et utrumque vere
dicatur; potest igitur vere utrumque dici et est
homo albus et non est homo albus; Videbitur autem
subito inconveniens esse idcirco quoniam videtur
non est homo albus significare simul et id quod
nemo homo albus. hoc autem neque idem significat.
neque simul necessario. Tacitae hominum dubitati
oni respondit; quid enim dicimus. est albus homo
et non est albus homo. utrumque verum esse videtur
aliquotiens inconveniens esse; sicut verum est
dicere est albus homo. quemadmodum fieri po
test ut verum sit dicere. non est albus homo.
hoc autem videtur idcirco quoniam ad partem quibus
dam id quod dicimus non est albus homo. hoc significare
eaque quam si dicamus. nullus homo albus
est; sed hoc verum non est; neque enim idem est dicere
non est albus homo et nullus homo albus est; et quod

quam cum dicimus nullus homo albus est simul signi
ficamus quoniam non est homo albus. Non tamen ex
necessitate idem utraque significat; cum enim dicimus
non est homo albus. simul nos dicere quoniam nullus
homo albus est; non oportet intellegi; neque enim
semper simul est non est homo albus et nullus homo
albus est; nam aliquotiens simul est. scilicet cum primus
dicitur universalis negatio; cum vero inde
finita dicitur prius non est simul negationum
universalis negationi indefinitae; nam si dicta
nullus homo albus est. simul depre quoniam homo al
bus non est; quod si dicta homo albus non est. non est
simul dicta negatio universalis quae est
nullus homo albus est. quoniam potest quidam esse non
albus de quo dicatur homo albus non est. neque
tamen omnes esse non albi; non igitur sunt
simul necessariae. Non est albus homo nullus
homo albus est; Manifestum est autem quoniam una
negatio unius adfirmationis est; hoc enim idem
oportet negare negationem. quod adfir
mavit adfirmatio. et de eodem; Hoc quoque co
gnitum est negationem indefinitam et univer
salem idem non significare. et istas esse diversas;
Nam si unius adfirmationis una negatio est. con
tra eam quae dicit non est homo albus. illa
est adfirmatio quae dicit est homo albus. et con
tra quae dicit nullus homo albus est. illa
adfirmatio est quae dicit quidam homo al
bus est; sed hae adfirmationes diversae sunt.
idem est homo albus et quidam homo albus est di
versae igitur illae quoque sunt quae his pro
portionaliter opponantur; diversa igitur
est negatio quae dicit nullus homo albus
est. ea quae dicit non est homo albus. docet autem
non solius adfirmationis unam esse negatio
nem idque hac ratione demonstrat; oportet
enim idem praedicatum negare negationem quod
praedicaverit adfirmatio et rursus de eodem
subiecto auferre praedicatum negationem oppor
tet. ad quod adfirmatio ante coniunxerat,
quod si fit. dubium non est unius esse adfirma
tionis unam negationem; sive autem hoc univer
saliter fiat sive universaliter praedicatur.
sive indefinite et non universaliter

siue in singularibus una eademque propositione natura
est ut unius adfirmationis sit tantum naturaliter
una negatio. hoc autem inductione probat. dico
autem ut est socrates albus. non est socrates albus.
In hac enim propositione idem subiectum est idem
que praedicatum. et in medio exemplorum subiectum.
Si autem aliud aliquid uel de alio idem. Non
[oppositae] sed erit ab ea diuersa. sensus huius modi est. Si autem
aliquid aliud praedicauerit negatio quam quod adfirmatio praedicauerit.
uel de alio subiecto idem negatio praedicauerit quod in ad
firmatione fuerat praedicatum non sunt sibi oppositae sed diuersae
tantum diuersae sunt. si quis enim dicat socrates disputat
et alius respondeat socrates non ambulat diuersum
dicatum positum est ex hoc quod dixit. si autem aliud aliquid alio
[et diuersae propositiones et non op.] Aliud enim praedicauit quam adfirmatio praedicauerat. quod
si quis sic dicat socrates disputat. aliusque respon
deat plato non disputat. de alio subiecto idem
praedicauit. et sunt ea se diuersae propositiones et
non oppositae. et erit id quod ait. Uel de alio idem.
Quod si utraque sint diuersa multo magis diuer
sae propositiones sint. quibus positis ad propositarum
sus exempla contendit. et unius adfirmationis
unam enuntiationem negationis opponit. angu
laribus angulares et adfirmatiuas negatiuis
particularibus uniuersales. indefinitis indefi
nitas opponas et conparas. et post haec conclu
dit sententiam dicens. Manifestum est unam adfir
mationi unam oppositam esse negationem. reuoluit
quoque breuiter quae sint hae contrariae aliae
contradictoriae. dicit quae esse quae sint haec.
diligentius in superiore disputatione mons
trasse. Illud quoque non omnem esse ueram uel falsam
adfirmationis et negationis oppositionem quam
nunc communiter et inproprie contradictio
nem uocat. et quando non simul uere uel false
uel cur se exposuisse commemorat. Una
autem adfirmatio et negatio est. quae unum
de uno significat uel cum sit uniuersale uni
uersaliter uel non similiter. Quid sit una
adfirmatio et supra iam diximus. et nunc quoque
idem docere non piget. cum idem aristoteles
reuoluerit. una enim adfirmatio est quae
unam rem de una significat. id est quae huius
modi habet praedicatum et huiusmodi subiec
tum.

ut utrumque singula significet. Nam si ut uel quod signi
ficet praedicatum simplex atque unum est. quod si rursus unum aliquid
significet subiectum et non plura. simplex rursus est atque unum.
socrates enim et praedicatum et in eodem subiecto utraque sin
gula significabunt et non plura. eritque … multiplex
propositionis significatio. unum namque significabit … idem
aut oppositae esse … uniuersalibus uniuersales praedicatis
et in particularibus quae uniuersalibus opponi necesse est.
quod cum et non subditur exemplo dicens unam esse pro
positionem omnis homo albus est. et rursus oppositam
unam esse non est omnis homo albus. si albi nomen non
unum significat quod si plura designat non est una adfir
matio neque una negatio. hoc autem et in subiecto conuenit
custodire. scilicet ut subiecti quoque simplex significatio
seruetur. docet autem non esse unam propositionem si praedi
catum uel quodlibet in propositione uerbum multa signi
ficet. hoc modo. Si uero duobus rebus unum nomen est posi
tum ex quibus non est unum. non est una adfirmatio. Sunt quae
res quae plura quidem significent et duobus omnibus
iunctis unum quiddam uidentur efficere. hominis quidem
nomen significat animal significat mortale et rationa
le quae singula …; sed haec iuncta unum quiddam efficiunt
quod est … ratione demonstrat. haec namque
omnia unum hominem complent. Sunt quoque
aliquae duas uel plures huiusmodi res designent
et quibus iunctis unum aliquid esse non possit. ut liber
dicitur namque et dionisius liber. dicit liber et ingenu
us. sed ingenuus et dionisius iuncti nihil efficiunt.
quare si quid tale sit in quid aut subiectum aut praedicatum
quod plura significet. ex quibus unum aliquid esse non possit.
non est illa una adfirmatio neque una negatio. et hoc
… exempli ratione confirmat. dicatur enim
in quid est equus et homo. tunica. … ubi graeca
hoc nomen. si quis dicat est tunica alba quod tunica equum atque
hominem designat. uidetur dicere quod est equus et
homo albus. sed hoc tale est tamquam si quis dicat.
est equus albus. et est homo albus. sed haec duae
propositiones et non una. duplex igitur illa quoque propositio
est. et est homo et equus albus. quare duplex
illa quoque quae dicit est tunica alba. et enim subiecti
huius id est tunicae duplex significatio propositiones
facit esse multiplices. quod si quis dicat unum quiddam
significare est tunica alba quae significat est homo
et equus albus impossibile est. neque enim ex homi

ue quo quiddam unum fit ut haec propositio unum
aliquid designet, quare et haec propositio mul
ta significat. aut si non multa nihil omni
no designat; nihil enim est homo equus ut simul
dicatur atque intellegatur; hoc est enim quod ait.
si ergo haec multa significant. Aut sunt plu
res manifestum est quoniam primae. Idem quoque
dictum est tunica alba multa uel nihil
significat; nihil autem idcirco quoniam si non mul
ta significet propositio cuius quilibet termi
si nus equiuocus sit, aut illa quae nomine
equiuoco significantur iuncta fuerint
neque in una substantia conuenerint.
tales iuncturae quae res sibimet inconne
xas copulant non erit ullus intellectus in
eaque quae est tunica alba est. alter esse
una non potest si tunica equum hominem
quae significet, nisi equus atque homo iunc
ta unum aliquid efficiant; sed inter mini
tales sunt. ut necesse sit hanc propositionem
uel multiplicem esse uel nihil significare.
Nam si iungantur homo et equus, fit nihil;
nihil enim est homo equus; quod per hoc monstra
uit quod ait. neque enim est aliquis homo
equus; hoc autem cur nunc ab ipso propo si
tum sit lucidissime demonstrauit, cum enim
de his propositionibus loqueretur quae ueri
tatem falsumque diuiderent, hoc addidit.
quibus et uel haec; habent uel praedicatum equi
uocum uel subiectum uerum falsumque non diui
dunt. utraeque enim uerae esse possunt ut haec
quae dicunt est liber homo. si ad ingenui
tatem referas. et non est liber homo. si ad di
[illegible]um; recte igitur dictum est, quare nec
in his necesse est hanc quandam contradictio
nem ueram esse illam uero falsam; cum enim
multa significat. multiplex significatio
in negatione atque adfirmatione se inui
cem non perimit. quod si una sit adfirmatio
una negatio. quoniam utraeque in eadem esse non
possunt, unam ueram semper falsam alteram esse
necesse est; In his ergo quae sunt et facta sunt
necesse est adfirmationem uel negationem
ueram esse uel falsam; In uniuersalibus qui

dem uniuersaliter semper hanc ueram illam
uero falsam. Et in his quae sunt singularia quem
admodum dictum est; In praesentibus rebus et in prae
teritis factis contradictorie enuntiati
one scilicet definite unam semper ueram alteram
definite semper esse mendacem. ut si quis dicat
omnes fabii perierunt qui ad pugnam con
tra uehienter priuata conspiratione
progressi sunt; necesse est quidem unam ueram
unam esse falsam; sed definite uera adfir
matio est. definite falsa negatio; cum enim id
quod factum est. dicatur factum definite uerum
est; quod si id factum [illegible] negetur. falsum est
definite; siue ergo in uniuersalibus uni
uersaliter praedicatis contradictio per op
positionem particularitatis fiat. siue in sin
gularibus; ut in socrate et in ceteris indiui
duis. In his quae sunt praeteritis semper una
uera est altera falsa. ut in eo quod est socra
tes ueneno peremptus est. socrates ueneno
peremptus non est uera est adfirmatio defi
nite. et ita rursus falsa negatio; In prae
sentibus quoque idem esse necesse est; si enim dis
putante socrate dicat aliquis socrates disputat. al
ter neget. sicut disputat et socrate praesentis
temporibus ratione diffinita est. itaque quoque definite
adfirmatio tenet ueritatem negatio definite men
dacium; et in uniuersalibus quidem uel ad affir
matiuis uel negatiuis in quibus uel adfirmatio
particularis uel negatio particularis oppon
tur. idem est; hoc est enim quod ait; In his quae sunt
et quae facta sunt. id est in praesentibus atque prae
teritis una semper definite uera est semper altera
falsa definite. siue in uniuersalis una sit altera parti
cularis. quod per hoc monstratur quod ait In uniuersa
libus quidem semper hanc ueram illam falsam. Siue
in singularibus atque indiuiduis praedicamentis id
per hoc designat quod addidit. Et in his quae sunt singu
laria. sed postquam de contradictoriis dixit addiecit
In his autem quae indefinite sunt nam necesse est semper
hanc quidem ueram illam uero esse mendacem; Hoc
scilicet designans quod dixit. In his uero quae in uniuersa
libus non uniuersaliter dicuntur non est necesse; non est
enim necesse in his unam ueram et alteram falsam

hoc sine gestis sic omnes fabii perierunt qui ad pugnam contra ueientes priuata conspiratione progressi sunt.

proponi; potest enim fieri ut utrae quae sint verae
quae fuerint indefinitae. In singularibus vero
et futuris non similiter; Propositionum aliae
sunt tantum in esse significantes: ut si quis Socra
te vivo diceret Socrates calvus est. alius nega
ret Socrates calvus non est. illa enim in esse propo
suit Socrati calvitiem. illa calvitiem a Socrate
disiunxit; aliae vero sunt necessariae: ut si quis
dicat necesse est solem anni omnibus maria et
rursus redire. rem namque necessariam et ex ne
cessitate evenientem praedicans, totam fecit neces
sariam propositionem; Aliae autem sunt con
tingentes: quae cum non sint. eas tamen in futu
rum evenire possibile est; ut si quis dicat ho
die Alexander pransurus est. hodie Alexan
der pransurus non est; et enim cum ista dicun
tur. quoniam illi adhuc prandere non inest. inesse
tamen contingit. et potest fieri ut hodie pran
deat. Idcirco eas dicimus contingentes. con
tingit enim fieri quod adhuc nondum factum
est; sed haec non insunt quidem ut dictum est;
sunt enim futuri temporis; quae autem non
insunt. si inesse potuerint necessariae non
sunt. quoniam huiusmodi retinent naturam ut
eas et esse et non esse possibile sit. Potest enim fieri ut
hodie Alexander prandeat. et rursus po
test fieri ut hodie non prandeat. et hanc
eveniendi vel non eveniendi possibilitatem
utrum libet vocamus; in huiusmodi omnibus re
bus utrum libet contingit aut adfirmatio
aut negatio. et non est necesse aut adfir
mationem fieri aut negationem; Nam cum
non sit adfirmatio necessaria non interest
clusum est contingere negationem; rursus
cum negatio necessaria non sit. interdum
accidit. aut adfirmatio contingat; qua
re haec huiusmodi eveniendi et non eve
niendi potestas utrum libet vocatur; quod
in his utrum libet idem est vel adfirmationes
vel negationes evenire conceditur;
Nunc ergo Aristoteles hoc validissima
argumentatione contendit adstru
ere. quod quemadmodum in praeteritis
et in his quae sunt praesentia non modo in ad
firmatione et negatione unam veram
alteram falsam esse necesse est; sed definite
una vera est. definite altera suscipit
falsitatem; non ita in his quae contingentes
vocantur; necesse enim est. ut aut adfir
matio vera sit. aut negatio. sed non ut
definite quaelibet earum vera sit altera
falsa; definite namque dicimus Alexander
levandus est. id si alius negat dicatque
Alexander levandus non est. totum quidem
hoc necesse est evenire. ut aut levetur
aut non levetur. et necesse est unam esse
veram alteram falsam aut adfirmati
onem si levatus fuerit aut si non fuerit
[illegible] levatus negationem; sed non
est necesse ut definite adfirmatio vera
sit. idcirco quod in huiusmodi rebus
poterit evenire negatio sed nec umquam
definita est. ut negatio vera sit. falsa ad
idcirco quoniam potest non evenire negatio
firmatio; quare in tota contradictio
ne. unam quidem veram falsam alteram esse
autem necesse est. ut aut definite una vera sit
altera falsa definite. sicut in his quae
sunt praeterita quaeque praesentia. nulla
rerum ratione possibile est; sed hoc prius
Aristoteles in singularium praedicamento
rum propositionibus probat. post autem idem
debere in universalibus docet intellegi; idcir
co enim ait. In singularibus vero et futuris non
similiter. id est singularibus propositionibus,
de quibus primum tractat. et futuris id est
contingentibus; non idem modus est verarum
falsarum quae propositionum qui in praete
ritis atque praesentibus; quoniam in praeteritis atque
praesentibus et totum contradictioni cor
pus in veritatem falsitatemque dividitur.
et vera una est definite. ut possit ex his
certus aliquis adsistens dicere. quoniam ad
firmatio vera sit. vel rursus quoniam nega
tio. vel si id nullus dixerit. certa praete
riti tamen temporis vel praesentis secundum
sui naturam ratio certus eventus est;
In his in quibus contingens est futurum
id est variabile et instabile. totum quidem

corpus contradictionis ueritate falsitate
q(ue) partiatur; sed haec ueritas atq(ue) falsitas indiscre
ta atq(ue) uolubilis; Nullus enim potest
dicere q(uonia)m adfirmatio uera e(st); Non est enim
certa et seuera esse adfirmationem. idcirco q(uonia)m ne
gationem fieri possibile e(st); Nec rursus nega
tionem. q(uonia)m n(on) est inpossibile adfirmationem
contingere; et postremo q(uonia)m utralibet
ipsorum contingit. idcirco una eorum uera
esse definite et certa naturaliter n(on) potest;
quib(us) aut(em) id argumentationib(us) exsequatur
manifestum erit hoc modo; Nam si omnis adfir
matio uel negatio uera uel falsa e(st). et om
ne necesse e(st) uel esse uel non esse. si hic quidem
dicat futurum aliquid. ille uero non dicat.
hoc idem ipsum. Si quicquid in adfirmatio
nib(us) negationib(us)q(ue) proponitur uerum uel
falsum e(st) definite. sequitur igitur ut ille nega
tiones adfirmationesq(ue) significant. id aut
euenire aut non euenire necesse sit.
hoc e(st) enim quod dicit; Nam si omnis adfir
matio uel negatio uera uel falsa est
definite. idcirco enim addidit omnis; in his enim
quae sunt futura uel contingentia non
esse adfirmationes et negationes ueras
uel falsas definite probare contendit. nam
si unus dicat aliquid futurum alius neget.
aut utraq(ue) eueniant. fieri non potest;
quis enim aspernit dicente alio quod socra
tes cenaturus est. alio q(uo)q(ue) socrates cena
turus non est. utrasq(ue) ueras in uno eode
q(ue) contingere. hoc igitur fieri non potest.
unus ergo eorum uerum dicturus e(st). alius
mentietur; Ponatur enim definite unam
eorum ueracem uel falsam; si ergo omnis adfir
matio et negatio uera uel falsa e(st) defi
nite. et uterq(ue) negans adfirmansq(ue) ueri
in contradictionib(us) esse non possunt. neces
se e(st) unum uerum dicere alterum falsum. et unum
definite uerum falsum alterum definite; hoc
sic e(st) in omnib(us) adfirmationib(us) atq(ue) negati
onib(us) ut una definite falsa sit. altera ue
ra definite. quicquid uera dicat euenturum
necesse e(st) euenire. quicquid non euenturum

non euenire necesse e(st); hoc e(st) enim quod ait
manifestum e(st) q(uonia)m necesse e(st) uerum dicere alterum
ipsorum; Neq(ue) enim potest fieri ut adfirma
tio negatio quae consentiant in contradicti
bus. in contradictionis positionib(us); neces
se aut(em) e(st) euenire quaecumq(ue) uera defi
nite adfirmatio loquitur et non euenire
quod profert definite uera negatio sic
probatur; Nam si uerum e(st) dicere q(uonia)m album
uel album non e(st). necesse e(st) esse album uel non
album; et si e(st) album uel non album. uerum e(st) adfir
mare uel negare; Quod de futuro possit
esse iudicium a praesentib(us) trahit exemplum;
ait enim hanc esse eorum consequentiam utro
rumque substantiae propositionis ueritas conse
quatur. ueritate propositionis rei de qua
loquitur propositio essentia comitetur;
nam si hic lapis uel quodlibet aliud album e(st).
uerum e(st) de eo dicere. q(uonia)m album e(st). et hoc con
uertitur; nam si uerum e(st) dicere de eo q(uonia)m
album e(st). sine dubio album e(st). et album esse neces
se e(st). Itaq(ue) fit ut res ueritatem et ueritas
rem de qua proponitur subsequatur;
rursus si lapis hic albus non e(st). uerum e(st) de eo
dicere q(uonia)m non est albus. et si de eo uerum est
dicere. q(uonia)m non est albus. ut si albus fieri
non potest. Cum uero dicatur q(uonia)m non e(st) albus. idem
quoq(ue) in mendacium ualet. nam si quid non e(st).
cum hoc aliquis esse proposuit mentitur. et si
quis de alio mentitur. illud de quo fit
mendacium non e(st). ut si quam rem cum alba
non sit dicat aliquis esse albam mentitus
e(st); quocirca necesse necesse e(st) illud quoq(ue)
non esse de quo mentitus e(st); Ita igitur ue
ritas quidem rei. quae e(st) et res quae est
ueritati. falsitas uero rei quae non e(st)
et res quae non e(st) falsitati conuertitur;
quod si hoc e(st) in omnib(us) rebus et quicquid
dicitur cum ueritate uel falsitate
ad rem quae e(st) uel non e(st) conuertitur.
siue negatio sit siue adfirmatio. et una
uera semper altera falsa esse necesse
est. si una definite uera e(st). inpossibile
quidem ex hac positione contingit. ue
nient

namque omnia quaecumque sunt uel fiunt
ex necessitate fieri & nihil a casu. nihilque
esse possibile quod sit & non esse possibile.
nihil etiam in liberi arbitrii moderami-
ne relinquetur. sed totum erit ex neces-
sitate quicquid euenerit. Nam si uerum
est definite de qualibet re dicere quoniam erit.
illam rem sine dubio futuram esse necesse est.
& ut non fiat. non potest euenire. uerum
enim dicere de ea quoniam futura est. nec uere
de ea quoniam futura est poterat dici nisi eam
fore esse necesse. quare si in omni ad-
firmatione & negatione aut adfirma-
tio aut negatio in futurum definite uera
uel falsa necesse est. uel quod ab adfirma-
tione uera definite uel quod a negatio-
ne dicitur euenire. in falsitate quoque
similis causa est. Nam quod non erit. falsum est
dicere quoniam erit. & quod falsum est dicere quoniam
erit ex necessitate non erit. Item quod
erit. falsum est dicere quoniam non erit. & quod
falsum est dicere quoniam non erit. necessario erit.
ut igitur ueras propositiones necessarius
sequitur euentus ut fiat quod dicitur. ita
& falsas propositiones necessarius se-
quitur euentus ut non fiat quod dicitur
a falsa propositione. quod si in futurum omnis
adfirmatio uel negatio definite sese diui-
dunt ueritate & falsitate. erit rerum
quae praedicantur necessarius euentus.
& omnia ex necessitate contingent uel
non contingent. ita quoque & casus & possibi-
litas & liberum perit arbitrium. Syllogis-
mus autem huiusmodi est. si omnis adfirma-
tio uera est aut falsa definite. & eodem
modo negatio. eueniet ut omnia ne-
cessitatis ratione contingant.
quod si hoc est. liberum perit arbitrium.
sed hoc impossibile est. Non igitur uerum
est omnem adfirmationem uel negationem
ueram definite esse et falsam. omnia autem
ex necessitate contingere si illae defini-
te uerae uel falsae sunt. talis syllogismus
ostendit omnes in futurum definita ueritas

uel falsitas euenire aut uel futurum aut non futurum &
necessitate constitui. sed omnes propositiones futurae
definite ueras aut falsas esse. In omnibus est igitur euen-
dicendi necessitas per quam conclusionem illud
aristoteles intulit quod ait. Nihil igitur neque est neque fit
nec a casu nec utrumlibet nec erit nec non erit. sed ex necessi-
tate omnia. Casus namque & id quod utrumlibet contin-
git uel liberum uoluntatis adimitur. si omnia quaeque
fiunt ex necessitate fiant. Hoc habet superiorem conclusio-
nem quae dicit omnia ex necessitate contingere per hoc
quod ait. Aut enim qui dicit uerum est aut qui negat.
Si ergo ueritas rerum necessitati constituitur. & aut
qui negat uerus est aut qui adfirmat. omnia fieri ex
necessitate necesse est. Nam si non erit ex necessitate non uni-
uersaliter definite. id quod ipse subiunxit. Similiter enim uel
fieret uel non fieret. Utrumlibet enim nihil magis
sic uel non sic se habet aut habebit. Exponit enim
quid sit contingens [illegible] quid sit utrumlibet
exposuit. utrumlibet est cuius indifferens euentus est.
id est quod aequaliter esse et non esse contingit. hoc est enim quod
ait similiter enim fieret uel non fieret. Neque enim dicetur
utrum necessario quod habet unam uel adfirmationem
uel negationem. sed nihil se magis sic habet uel sic
non habet. Hoc est utrumlibet quod aequaliter cursum sed ad
euenire potest & ad non euenire. nihil enim se magis
uel sic habet uel sic non habet. id est aequaliter se habet
ad esse & ad non esse. nihil enim magis se sic habebit
ut fiat quam ut non fiat. Amplius si est album nunc
uerum erat dicere primo quoniam erit album. quare semper
uerum fuit dicere quodlibet eorum quae facta sunt quoniam erit. Ualidis
argumentationis obponitur quod possit
ostendere adfirmationes & negationes quae uera aut
falsa esse definita. Et cum pendendum esse necessa-
riam necesse sit suspicatur id quod iam factum est uere
dici potuisse antequam fieret esse. sicut si dum uesti-
mentorum alterna nocte tenuit. uerum fuit alterna
nocte dicere quoniam tenaturus est. quocirca definite
quoque uera fuisse si praediceretur. omnia igitur
quae fiunt definita poterunt uere praedici. hoc est enim
quod dicit. si est album [illegible] uerum erat
dicere primo quoniam erit album. Non si quid est nunc
album est uerum erat antea dicere quoniam erit album
quare definita quoque fuit quod liberetur quae
facta sunt uere praedicere hoc autem ipsius est

conprobabit. huic op(p)ositioni per eandem rursus
occurrit. Non enim qui haec dicit licet ela
quem superioris argumentationis effugere;
rursus enim ea ide(m) illum cunctatorum uen
iunt. Et eisdem iterum urgetur incommo
dis. Quod si semper uerum est dicere quoniam est
uel erit. non potest hoc non esse uel non
futurum esse. Mixta ratione superiore
argumentationes decertans eadem redire
incommodum dicens. si uerum est omnia quaecumque
facta sunt definite uere potuisse praedi
ci. quoniam ueritatem propositionis rei necessitas
sequitur. Quod uero definite uere prae
dictum quod non euenire non poterat. sed si
non in uenire non poterat. ut non in ueniret
erat impossibile. Quod autem fieri impossi
bile est fieri necesse est. Euenit igitur
ei ex necessitate consequitur. nihil ergo
utrum libet neque accquerit. Nam si accidere
esse poterit. non ex necessitate futurum est, quod
si non est ex necessitate futurum. non est impossi
bile non fieri, si non est impossibile non fieri. po
test non fieri; si potest non fieri. non potest definite
uerum esse praedici; quod enim uere definite praedicitur ex
necessitate futurum est; quod autem casus
est. ex necessitate non euenit. Ad uero
nec quoniam neutrum uerum est contingit dicere ut quoniam neque
erit neque non erit. Quattuor diffe
rentiis contingentium futurorum diuersitas
constat; ut enim id quod adfirmat et negat
in futurum utrumque et uerum aut utrumque falsum;
aut unum uerum. falsum alterum definite.
aut unum uerum et falsum alterum indefinite; non est
quidem et adfirmatione et negatione uerum
in his propositionibus quae de rebus contingentibus
in futurum tempus proponuntur. propter hoc de
monstrauit superius quod ait Manifes
tum est quoniam necesse est uerum dicere alterum
oppositum. si omnis adfirmatio uera uel
falsa est utraque enim non erunt simul
in talibus; Neque enim fieri potest ut in
contradictoria propositione opposita
one utrasque ueras quisquam ualeat
inuenire; nunc autem monstrat quoniam
nec hoc quidem fieri potest ut utraeque sint falsae.
ait enim at uero nec hoc quidem nobis contingit
dicere. quoniam neutrum uerum est. idem nec adfir
matio nec negatio. contingere autem utramque
esse falsam adfirmationem scilicet et negationem.
si nec quod diceret adfirmatio futurum esse esset.
nec quod non esse negatio diceret non esset; ita enim
fieret ut nec esset quod esse adfirmatio pre
dicauit. nec non esset quod negatio non esse p
posuit; si quis ergo hoc ita dicat. primum inquid
illud inconueniens. atque impossibile est. quod
in contra dictoria propositione cum ad
firmatio falsa sit non est uera negatio. et rur
sus cum negatio falsa sit. falsa quoque adfirma
tio sit. hoc enim in solis contrariis contingebat.
non etiam in contra dictoria dispositione.
in hac enim unam semper ueram esse necesse est. semper
alteram falsam. Ad haec si uerum esset dicere
quoniam album est et magnum. oportet utraque esse.
Addidit quoque aliud quo magis id quod dicitur
uideatur incongruum; omne enim quod predici
tur in futurum. si uere predicatur erit; si quis
enim dicat in presenti tempore. hoc animal
quod libet album est uel magni corporis. et hoc
uere pronuntiet. album et magnum illud ani
mal esse necesse est; ita etiam in futurum si quis
uere dicat quoniam hoc animal cras album fiet
et corporis uastioris necesse est cras utraque
contingere. ut et album fiat et corporis uas
tioris; si uero falso aliquid predicatur
necesse est non esse quod dicitur. si sit adfir
matio; ut si quis affirmet falso futurum na
uale bellum. necesse est non fieri quod a falsa
affirmatione predicitur. At si sit falsa ne
gatio. necesse est fieri quod falsa negatio
futurum non esse praedixit; si uero utra
que falsae. nec erit ex necessitate quod dicitur
quia definite affirmatio falsa est. nec non
erit quod dicitur ex necessitate. quia defi
nite est falsa negatio; unde fit ut utrum libet
quod est in rebus omnino perimatur. utraque
enim necessaria sunt et ex necessitate con
tingunt. et est necessitas ipsa inpossibilis.
Nam si quis dicat cras futurum nauale bellum

alius quenegat & pronuntiat non futuri si.
utraeq; sint falsę. necesse quidē erit n ēē
cras naualebellū quoniā adfirmatio quae
illud dicit futurū falsa est. pursus neces
seē non esse cras naualebellū qm̄ negatio
quae dicit cras non futurū ipsa quoq; m
titur. quare necesse erit & esse nauale
bellū & n̄ ēē quod est inpossibile. & p̄ter
cōmunē cogitationis naturā. Non ēē igit
uerū utrasq; & simul id est affirmati
onē negationēq; mentiri; Quae ergo
inquit contingunt inconuenientia & h̄ q̄
& huiusmodi. alia Si quis dicat uel in his quae
uniuersalia sunt & uniuersalit̄ predi
cantur. uel in his quae singularia in propo
sitionib; enuntiantur. unā necessario de
finite esse uerā definite alterā falsam.
talia illū inquit inconuenientia consequē
tur. & alia similia. hoc scilic& dicens; de tam
superiorib; argum̄tis. in quib; ostende
bat omnia ex necessitate contingere.
si quis unā uerā definite. alterā dicer&
definite mendacē; quae n̄ a uero adserat
alia inconuenientia inpossibiliaq; con
currere. his qui unā definite uerā
proponunt haec sunt; si quis eni proponat
unā ēē uerā alterā falsā. tollit ut supra
dictū ē id quod est utrū lib& in reb; & om
nia ēē uel fieri ex necessitate constituit.
nihil a casu nihil a propria uoluntate;
unde fit ut neq; negotiari sit utile. nec
inire aliū. qm̄ omnia consilii ratione
tractantur; ipsū eni consiliū superua
cuū ē. cū omnia quaecūq; futura sunt.
necesse sit euenire; Quid eni unusquis
q; dicat: si hoc faciam illud mihi eueni
& atq; conting&. si uero hoc illa res eue
ni&. & enim nihil prohib& quemuis
illū adfirmare aliquid ēē faciendum.
aliū uero negare. cum omnia ut necessitatis eueniant; Nā si omnia quae fi
ant. nuncante aliquis uere prædice
r&. quis dubitat qui in illa quae facta sunt immutabili uiolentia necessitatis eue
nerint. hoc ē enim quod ait. Quare ex
necessitate erit quodlib& eorum uen
erat dicere; sed ne illud uideatur incon
gruū quod rerū euentū non ex ipsarū
natura sed ex propositionū ueritate
& falsitate iudicamus. hunc scrupulū
ipse dissoluit dicens; Id uero nec hoc dif
fert. si aliquid dixerunt negationē uel
non dixer. ad tollendū em̄ p̄mendūq;
consilium. quod nihil omnino homines opor
teat consiliari. parū ual& aliquid ante pre
dici; siue enim dicatur aliquid siue non.
quecquid uere predici potuisset. illud
& iā si non predicatur. euenire neces
se esse est; idcirco enim uere predicitur.
quia uere predici potest; idcirco uero
predici potest. quia inmutabiliter futu
rū est; quare futurū est si predicitur
uere. nec tantū predicitur. sed & iam
si predici uere potest; siue enim predicat
siue n̄ p̄dicatur.
quicquid uere predici potest. hoc ex ne
cessitate futurū est; manifestū est eni
inquid. quod si sic se habeat res. si ue unus
eam adfirmat alius neg&. si euentura ē.
nihil illic negatio officit. si euentura non
est. nihil adfirmatio prodest; Non eni
inquit propter negare & adfirmare
erit uel non erit. nec hanc uim natur&
tempus mutauit; Eodem modo enim
euenient ea quae post millesimum
annū eueniunt a creduntur. his quae
post quantū lib& tempus ex necessitate
futura sunt; unde fit ut si in omni tem
pore omnia sic se habent. ut unū defi
nite uere dici possit. definite alterum
falsę. omnia quaecūq; facta sunt uel
fient. inmutabili rerū ratione contin
gant; hoc est eni quod ait. Necesse est
fieri unū quodq; eorū quae fiunt;
id est sic se habere. ut ex necessitate
fierent omnia; & hoc superiore argumen
tatione confirmat dicens; Quando eni
uere dicit quis q̄m erit. non potest non
fieri; Euentus eni necessitas sequitur

ueritate. Et quod factum est uerum erat dicere
res esse. quoniam erit; Ueritas namque propositioni
bus ex rerum necessarius uenit euentibus; Quod
si haec non sunt possibilia uidemus enim
esse principium futurorum. et ab eo quod
consiliamur. atque agimus aliquid; Lon
gum hyperbaton est. quod nos prius exposuimus.
postea continuamus; Liquet enim aliquas
rerum nos esse principium. ut ea dum nostro
prius fient. qui si aliquid consilio facit. quic
quid consiliatione peregerit. eius rei ipse prin
cipium est; a consiliante enim incipit. quicquid
consilii sollertia ministratur; Sunt enim quae
dam quae actu non sunt. sed potestate quae
potestas non sit ex necessitate. id est
ut possit quidem fieri. non tamen neces
se sit; ut hanc uel quamlibet tunicam pos
sibile est quidem ferro incidi. sed non est
necesse. fortasse enim utendo uetus
tabitur. et ipso cotidiano soluetur ad
tritu; Ergo potest quidem incidi sed
forte non incidetur. sed antequam in
cidi possit exteretur; rursus potest fi
eri ut non diuidatur; neque enim exte
ream possibile esset. nisi prius esset
possibile non incidi; Quare possunt qui
dem quaedam fieri. sed si ita contingit for
tasse non fient; Sunt igitur quaedam
possibilia non necessaria; Et in aliis quoque
quae fiunt. eadem ratio est; Omne enim quod
fit a quolibet consilio. ipse qui consiliatur
illius rei principium est. Non necessitas.
ex qua cumque sunt possibilia. mutabiliter
euenient; quae enim secundum aliquam
possibilitatem dicuntur. non eueniunt se
cundum necessitatem; Unde fit. ut manifes
tum sit quoniam non omnia ex necessitate uel
sunt uel fiunt. sed quaedam sunt quae
aequali modo uel fiunt uel non fiunt.
et hoc est utrumlibet fieri; alia uero in plu
ribus quaedam fiunt. in paucioribus uero
non fiunt; et aequaliter quidem fiunt.
ut ergo dicente domo amicum uidere;
fit enim hoc et non fit aequaliter; quoniam ue
no

frequentius fiunt quam non fiunt. ut sexa
genarium canescere frequentius fit quam
non fit; Sed tamen ita hoc potest fieri. ut
et non si fieri inpossibile non sit; hoc enim
quod ait; Alia uero magis quidem in plu
ribus sexagenarius quam non canescere
sed contingit fieri alterum scilicet ut non ca
nescat. alterum uero minime. scilicet ut
canescat; Est autem hyperbaton hoc modo;
quod si haec inpossibilia uidemus. sumus
enim aliquibus ipsi principium. et quaecumque
possibilia fieri possunt et non fieri; si utrum
possibile esse ut et sint manifestum est non omnia
ex necessitate contingere. sed alia aequa
liter. alia uero euenire sed ut non eue
niant. necesse non esse; Igitur esse quod est quan
do est. et non esse quod non est. quando non est necesse.

Nunc quid sit necessarium temporale describit;
autem; Res omnis quando est sine dubio esse
necesse est; Non enim fieri potest. ut cum est non sit;
et rursus res quae non est. quando non est. eam non
esse necesse est; neque enim fieri potest ut quan
do non est sit. sed si quando est. eam esse neces
se est. non idcirco simpliciter et sine tempo
ris presentis discriptione ex necessitate
est; quando enim sedeo. non potest fieri ut
non sedeam. et necesse est mihi tunc sedere
cum sedeo; sed ipsum sedere mihi non ex neces
sitate inest; possum enim surgere; rursus cum
non sedeo. tunc mihi necesse est non sedere;
sed ipsum non sedere mihi ex necessitate non
inest; possum enim sedere; Ergo quod est quando
est. ex necessitate est; et quod non est. tunc cum non est.
fieri ut sit non potest; Non tamen omnia
quaecumque sunt aut non sunt. aut ex necessita
te. preter temporis presentis nuncupationem.
aut ex necessitate non sunt. Nulla mentione
presentis temporis facta; quare inquit
non est idem temporale necessarium esse. ut est mihi
cum sedeo. et simpliciter ex necessitate esse. ut
homini mortalitas; nec idem est cum non est
necessario non esse. ut mihi cum non sedeo non
inesse sedere. et quod simpliciter ex necessita
te non habeo. ut pes oculos uel inmortalita
tem.

alterum. ut canescat in pluribus
et ut sint.
+ quidem in pluribus in paucioribus uero euenire
ea

atq: hoc est quod ait; simpliciter uero aut. Aut eo
quod non e. Hoc aut cur dixerit sequitur;
Et in contradictione eadem ratio e. esse quidem
uel non ee. omne necesse e. & futurum ee uel
non; Similis res est inquit ratio in contradic
tionib; contingentib; . & in his quae cum sunt se
cundu tempus necessaria sunt, simpliciter aut
necessaria non sunt; Na in futuris & c tingentib.
contra dictionib; tota quidem contradictio
ne necesse e unam ueram habere parte. alte
ra falsa. ut si quis adfirmet cras bellum na
uale futurum. id ergo non e necesse; & rursus
si quis neget non futurum e quide. aut ee aut
non ee necesse. sed non est necesse ee nec rur
sus necesse e non ee. sed tantum aut ee aut n ee;
Jdeirco tota quidem contradictio una habebit
parte uera altera falsa. sed non erit ipso
rum una definite uera falsa altera definite
In preteritis eni si dicimus; romulus roma
condidit. romulus roma non condidit;
una quide uera e. altera falsa; sed in his de
finite uera e adfirmatio. definite fal
sa negatio; Na quia quod factu e. fieri
ut factu non sit non potest; ideo definite
In preteritu contradictio uera uel fal
sa; In futuris uero propositionib. non idem
e. in his scilicet quae contingentia signi
ficant. ut si dicam philoxenus cenaturus
e. philoxenus cenaturus non e; in tota
quide contradictione una uera e al
tera falsa; sed nullus potest diuidere.
ut dicat aut adfirmatione constitute
& definite uera esse. aut negatione;
ante eni qua cenet indefinitu e & uari
abile an cenet. postqua uero cenauerit p
teritu definitur; Igitur aut ee aut non
ee aliquid in futuris contra dictionib.
necesse e; ut aut unu fiat & unu non
fiat. non e necesse; In quo igitur similitu
do e contingentis contra dictionis &
teporalis, neq: simplicis necessitatis. in
eo scilicet quia sicut necesse e esse quod
est quando e. Non tamen simpliciter
necesse e ee quod e. prec teporis adiec

+ Si aut sep non essent.

tionem. ita in contradictione contingit. ut
adfirmatione quide uel negatione utra
esse necesse e. Non tamen uel affirmatione
simpliciter ac definite uera uel negatione.
sed utra lib& & qua certe ueritatis constitu
erit euentus; quare qm similiter orationes
uerae sunt quemadmodu & res manifestu e
qm quaecumq; sic se habent ut utru lib& sint
& contraria ipsoru contingunt. necesse est
similiter se habere & contradictionem; 7
Habent inquid quanda cognitione res & illa
quae res ipsius propria significatione desig
nant; quare & oratio quae designat atq: sig
nificat res sic se habebit. quemadmodu res
ipsa e; Ergo si res non fuerit. falsa oratio e;
si res fuerit. uera oratio e; & si uera uel fal
sa oratio e. erit quod dicitur uel non erit.
ut sibi res & oratio conuertantur; Ergo
si res constituta non e. nec definita necessita
te prouenjens. Nec illa oratio quae re
ipsa designat. definite est ueritatis;
Ergo in quib; reb; possibile e non modo esse
sed & iam non ee. contingere in his adfirmatio
& negatio utru lib& se se habe&, & quemadmodu
res ipsa & esse & non ee contingit. Itaquoq;
& contra dictione & uera & falsa esse in
definite prouenire. hoc aut in quib. fiat ipse de
clarat, ait eni. In his quae non sep sunt & non
sep non sunt. Sola eni sunt quae & ee & non ee
contingit quae non sep sut & non sep non sunt. si eni
sep essent. statu suu monstrare possent atq: ideo
ex necessitate essent, eas non ee necesse esse
& eni sicut ipsa natura reru euentu e uaria
Itaquoq: altera pars contradictionis subit & uaria
bile uarietate, & sep quidem uera uel falsa e
Non tamen una definite. ut hoc uerum sit
determinate aut illud. sed utru lib&,
sicut status ipse reru mutabilis e. Itaquoq;
ueritas aut falsitas ppositionum dubitabilis
sit. & euenit quide ut in aliquib; frequenti
us una sit uera. Non tamen semper, & ut una
rarius uera non tamen ea falsa ee neces
se sit. quod phoc demonstrauit quod dixit;
E magis quidem uera altera non tamen iam uera aut
falsa;

Concludit igitur totam de futuris et contingentibus propositionibus quaestionem et ait manifestum esse non necesse esse omnes adfirmationes et negationes definite veras esse vel definite falsas. (sed deest) atque ideo subaudiendum est: illarum enim quae contingentes et futurae sunt numquam definite una vera est altera falsa. Neque enim inquit quemadmodum in his quae sunt sic se habent in his quae non sunt possibilium tamen esse aut non esse (quem), sed quemadmodum dictum est. Illa etenim quae sunt praesentis tempora sicut ipsorum esse definitum est, ita quoque de his definita est propositionum veritas falsitasque. Illa vero quae quidem possint tamen esse et non esse et in aequalitate utrimque ex necessitate proveniunt, sed possint et esse et aliquando possint non esse, in his hoc modo se habebit contradictio quemadmodum dictum est; dictum est autem quoniam esse quidem vel non esse omne necesse est et futurum esse vel non necesse est. non tamen iam divise et definite alterum eorum esse necesse est; Et non solum quattuor diversitates ut utraeque verae essent quod sustulit per hoc quod ait; utraque enim non erunt simul in huiusmodi, vel utraeque falsae essent quod per hoc (tertium erat) quod ait, at vero neque quoniam neutrum verum est contingit dicere; aut ut una vera definite, una definite falsa esset, quod illa argumentatione destruxit per quam omnia ex necessitate docuit evenire si hoc admitteretur; quod si rerum illo minime sunt, constat unam quidem veram esse, aliam vero in contradictione mendacem; sed sicut res ipse mutabiliter et indefinite futurae sunt, itaquoque enuntiationes variabiliter nec definita veritate et falsitate proferuntur;

BOETII IN PERIERMENIAS ARISTOTELIS A SE TRANSLATAS LIBER PRIMUS EXPLICIT.

Quoniam autem est de aliquo adfirmatio significans aliquid, hoc autem vel nomen est vel innominatum.

Postquam de praeteriti ac praesentis futurique temporis veritate et falsitate disseruit, nunc iam simplicis et praedicativae propositionis informat dicens: Quoniam simplex adfirmatio unam rem de uno significatione, id est de uno subiecto, unum praedicat; Subiectum autem illud aut nomen est aut quod apud veteres quidem fuit innominatum, ab Aristotele vero infinitum nomen vocatum est; prius enim dictum est quod homo nomen esset, non homo vero innominatum quidem apud antiquos, sed nunc infinitum nomen; Quoniam igitur manifestum est unum de uno praedicare simplicem propositionem, omnis erit propositio simplex aut ex nomine et verbo aut ex infinito nomine et verbo; quod autem docet: Non homo enim nomen non dico esse, sed infinitum nomen huiusmodi;

Nomen inquid omnia quidem definita significat, non homo vero quamvis unumquodlibet eorum designare possit quae homines non sunt, tamen quid designet infinitum est et dubium; Nam cum multa sint quae homines non sint et unumquodlibet eorum significare possit, quid significet ignoratur; sicut enim non currit non est verbum simpliciter sed infinitum verbum, ita nomina cum negatione non sunt nomina sed infinita nomina. Erunt igitur in propositionibus subiecta aut nomina aut infinita nomina. Praeter verbum autem nulla erit adfirmatio vel negatio. EXP. Planissime docuit quae pars orationis in simplici propositione obtineat principatum; Nam si praeter verbum fieri simplex propositio non potest, constat omne iam simplicis propositionis verba complecti; omnis autem propositio aut esse aut fuisse aut futurum esse aut huiusmodi aliquid habebit; Nam qui dicit currit, currens est dicit, et qui dicit cucurrit, currens fuit proponit, et qui curret currens erit; Si ergo omnis propositio aut esse aut fuisse aut futurum esse aut aliquid huiusmodi in se enuntiatio retinebit, manifestum est quod praeter verbum esse non possit; haec enim id est fuit vel est aut futurum est verba sunt, ut ex his cognosci possit quae sunt superius posita atque confessa (consignificare) cum diceremus verba esse quae significarent tempus, et erit et fuit et cetera significatione temporis secum trahunt; quare prima est adfirmatio et negatio.

t Quonia

est homo. non e homo. deinde est non homo.
non est non homo. Rursus est omnis homo.
non est omnis homo. Est omnis non ho
mo. non est omnis non homo. in extrinsecus temporibus
eadem ratio est; Simplicium exempla propo
sitionum apposuit, simplices autem supradi
ximus esse propositiones quae duobus termi
nis iungerentur; quare quoniam omne defi
nitum prius est infinito. et non homo non est
nomen sed infinitum nomen. homo vero
finitum. Recte priores eas propositiones
quae ex definito sunt nomine in eorum
pronuntiavit exemplis aitenim; Quare
prima adfirmatio et negatio est. est ho
mo. non est homo. deinde infiniti nominis
adfirmationes negationes quae subiun
xit dicens; Est non homo. non est non homo;
et post haec universalitatem iungens.
easdem rursus iterat propositiones.
et prius illas proponit quae ex finito
nomine sunt. secundo vero loco eas quae
infinito nomini proponuntur; ex quo
fit. ut illud intellegere necesse sit. illas
quantitates quae universale et par
ticulare determinant. inter minis
non haberi. Nam cum duorum terminorum
propositio sola simplex sit. inter simpli
ces huiusmodi numerat propositio
nem quae dicit. est omnis homo. cum tres
sint partes orationis; Quare determi
nationes non numerantur inter minis;
eodem modo dicit. eademque ratione. in
extrinsecus temporibus. simplices fieri
propositiones. ut est. fuit homo. non fuit
homo. fuit non homo. non fuit non homo.
et in aliis quoque temporibus idem modus est;
extrinsecus vero tempora vocat. quae
sunt praeter praesens. id est praeteritum
et futurum; sed haec de his solis proposi
tionibus locutus est. quae unum subiectum
habent. alterum praedicatum; Nunc
de his loquetur quae unum habent sub
iectum. duo praedicata; quae vero haec quoque
simplices sint. in secunda editionis

expositione dicendum est; Nunc vero praeter
demonstratione esse simplices intellegantur;
Quando autem tertium adiacens praedicatur.
dupliciter dicuntur propositiones;
unum subiectum et duo praedicata. quemad
modum possint esse in propositione com
memorat. sicut homo dicit. ut dicamus
est iustus homo. est et iustus praedicantur.
homo vero subiectum est; Nunc enim non illud
aspiciamus. quid prius. quid posterius
dictum est. sed quoniam universale sit iustum esse
quam hominem; post enim iustus est. et qui
homo non est. Et rursus potest esse
simpliciter. et quod homo non est; idcir
co. est atque iustus. quamquam primo dicantur
in eo quod est est iustus homo. tamen quoniam
universaliora sunt. non de his homo.
sed haec de homine praedicantur. et his
homo subiectus est; ex his igitur duplicem
fieri oppositionem dicit et quattuor
propositiones. quarum subter exempla
subiecit addens; Dico autem quoniam est. aut
iusto adiacebit aut non iusto. siquidem
si dicat faciens duas affirmationes.
est iustus homo. est non iustus homo.
haec cum duae adfirmationes sint.
duas habebunt negationes; nam si verbum est
in hac propositione quae dicit. est iustus
homo. ad iustum posuimus; et in hac rursus
propositione quae dicit. est non iustus
homo. rursus ad non iustum idem est ver
bum iungimus. quoniam negationis oppositio
nem efficit cum verbo iuncta negatio
idem in nomine manifestum est quid quod dicitur
non est ad iustum. Rursus et non iustum
adiungendum est ut negationes fiant
huiusmodi non est iustus homo. non est
non iustus homo; Recte igitur dixit.
quare si est iusto et non iusto adiacebit.
et iam negatio iusto et non iusto adiacebit;
Sunt autem propositiones quas dicit qua
tuor. haec; est iustus homo; in hac ad
iustum verbum est adiunximus; huic nega
tio non est iustus homo; in hac quoque negatione

quae dicit non est ad iustum
rursus adiungamus, iterum est non
iustus homo; in hac est ad non iustum iun
gitur; hic est negatio; non est non iustus ho
mo; et ita in hac quoque negatio quae dicit
non est. ad non iustum ponitur. quod uero ait,
Dico autem ut est iustus homo, est tertium adiacere
nomen uel uerbum in adfirmatione.
Exp. Huiusmodi est; tertium inquit dico id est adia
cere uerbum est. homo enim et iustus duo sunt
quibus adicitur uerbum est; idcirco autem dixit
nomen uel uerbum quia superius quaerendo
dicit. ipsa uerba nomina esse. hoc eo sa
hoc loco ubi ait. Ipsa quidem uerba secun
dum se dicta nomina sunt; Quod autem sequitur.
continet difficillimum sensum. quem ipse solita
breuitate perstrinxit. In medio namque totius
sententiae addidit. quare sic dicatur quattuor istae [illegible]
erunt. quarum duae ad adfirmationem
et negationem sese habebunt secundum
consequentiam ut priuationes duae uero
minime; Exp. Huius sententiae multiplex ex
positio ab alexandro. et porphirio. aspasioque
et hermino proditur. in quibus quod excellentis
simus expositorum porphyrius docuerit. alias
dicemus; quoniam uero simplicior explanatio a
lexandri esse uideatur. eam nunc pro breuitate
sublicimus; priuatoriae propositiones sunt.
quaecumque praedicant priuationem; priuatio autem
est. ut si quis dicat. iniustus. priuat enim iustitia.
ergo adfirmatio priuatoria est quae dicit.
est homo iniustus. negatio rursus priuato
ria. non est homo iniustus, sed neque illo in sig
nificatione plena adfirmatio est. aliquid enim
tollit. sed priuatoria adfirmatio quoniam formam
quidem adfirmationis tenet sed priuationem
praedicat. et aliquid ab eo cum priuationem
copulat abiungit. ut in propositione. est in
iustus homo. ab homine iustitiam; nec haec rur
sus pura negatio. fugauit enim priuationem
ut ista quae est non est homo iniustus. sed abnu
erat id est iustitiam; sed quoniam quod adfir
matio praedicabat hoc aufert negatio [illegible]
habeat talis negatio
quasi reponendi habetur (tr respondendi)
significationem. tamen quia ipsa priuationem
subtrahit, priuatoria negatio nominatur;
Ergo nunc hoc dicit. cum sint inquid quattuor
propositiones. quae duae ex finitis nominibus
sint. ut est iustus homo non est iustus homo duae
ex infinitis nominibus sint ut est non iustus ho
mo. non est non iustus homo. duae inquit
hae quarum una adfirmatio est habens
infinitum nomen. ut est non iustus homo. et una
negatio habens rursus infinitum nomen. ut
non est non iustus homo. sic se habent adfir
mationem et negationem. id est eandem formam
retinent adfirmationis et negationis.
et similes sunt ad adfirmandum aliquid
uel negandum. his quae sunt priuatoriae; Nam
quemadmodum priuatoria quae dicit. est
iniustus homo. non solum adfirmatio est
sed priuatoria adfirmatio. haec quoque
ea quae dicit est non iustus homo. non solum est
adfirmatio. sed cum infinito nomine et quodam
aliqua priuatione adfirmatio; idem enim
ualet ad intellegentiam quod dicit iniustus.
tamquam si dicatur non iustus; et rursus
quemadmodum non est iniustus homo. non est solum
negatio sed priuatoria negatio. quoniam quamquam
das habeat. tamen priuationem negat.
itaque et ea quae est ex infinito nomine. non est
non iustus homo. non solum est negatio. sed ex
infinito facta nomine. infinitum negans (negat infinitum)
negat. et subiectum infinito negando priua
priuatoriae similis est; Nam idem ualet
iniustum esse quod non iustum. idem ualebit
non esse iniustum. quod non esse non iustum.
Igitur haec duae quae infinitum nomen ha
bent. quantum ad speciem formamque adfir
mationis et negationis. similiter se habent
his quae sunt priuatoriae adfirmatio
nes et negationes. duae uero illae quae
simplex definitaque praedicant nomen,
ab omni similitudine priuationum seclu
sae sunt, Nihil enim similis est illa quae dicit

est iustus homo. ei quae
dicit est iniustus homo. cum utraeque
sint adfirmationis; sed illa est simplex.
illa priuatoria; at uero ea quae dicit
non est iustus homo. ad eam quae dicit non
est iniustus homo. nulla similitudinis
ratione coniungitur. cum sint utraeque
negationes; sed illa est simplex. illa pri
uatoria. quare duae quae ex in
finito nomine sunt similiter se habent.
quemadmodum priuationes; similis namque
adfirmatio est ea quae dicit. est non iustus
homo. ei quae dicit est iniustus homo; et rursus ea quae dicit. non est non
iustus homo. ei quae dicit non est iustus homo;
priuationes uero simplicibus propositionibus, aliis quae infinitis nominibus;
fiunt. non coniunguntur; Neque enim quis
quam dixerit eam quae dicit. est iustus
homo. esse conparem ei quae dicit. est iniustus homo; nec uero ea quae dicit. non est
iustus homo. posse aliquid conparari cum
ea quae dicit non est iniustus homo; recte ergo dictum est. de his iiii positionibus. duas
ad adfirmationem et negationem ista se ha
bere ut sunt priuationes. duas uero esse sim
plices et praeter aliquam priuationis simi
litudinem; quod autem ait ad consequentiam.
tamquam si dixisset ad similitudinem. ita debet
intellegi; quae enim sibi sunt similia. a se
quodam modo non recedunt. et se inuicem
consequuntur; Describantur ergo duae
prius simplices propositiones. post has duae
priuatoriae. postremae quae ex infinitis
nominibus constant ut adfirmationes sub
adfirmationibus. negationes sub negati
onibus constituantur. ADFIRMATIO est
iustus homo. negatio est. non iustus homo. ad
firmatio est. iniustus homo. negatio. non
est iustus homo; adfirmatio est. non iustus
homo. negatio. non est non iustus homo;
sed haec inquit ita sunt disposita eandem
que ad se similitudinem gerunt. quemad
modum in analyticis idem resolutoriis
dictum est; scripsit autem duos resolutorios

libros de syllogismo. in quorum pri
mo de positionum ex finito nomine et infinito
consequentia disseruit; est uero similitudo adfir
matiuae quidem simplicis ex finito nomine. et nega
tiuae eius quae libet infinitum nomen; Namque ea
quae dicit est iustus homo adfirmatio. ei quae dicit
non est non iustus homo negatio in similis est. nega
tio quoque simplex finiti nominis. adfirmationi
infiniti nominis conuenit. ea enim quae dicit non
est iustus homo. similis est ei quae dicit est non ius
tus homo; sed quemadmodum iste sibi sint similes
et quomodo in consequentia proprium teneant
ordinem. nunc quidem exsequi distulimus. pau
lisper tamen describantur. ut eorum quaedam
proprietas ostendatur. Sit enim adfirmatio
finiti nominis. et sub ea negatio nominis infiniti;
sitque negatio finiti nominis. et sub ea adfir
matio nominis infiniti; Adfirmatio est iustus
homo. negatio. non est iustus homo; negatio
non est non iustus homo. adfirmatio est. non ius
tus homo; In hac igitur descriptione negatio
ex infinito nomine sub adfirmatione finiti
nominis ponitur. et rursus adfirmatio in
finiti nominis sub negatione finiti; quod uero
angulares quae sunt indefinitae. omnis simul
nominibus uerae esse possunt. nisi in his tantum
quae aut naturaliter insunt. aut naturaliter inesse possunt; ut si quis dicat. est homo
animal. numquam cum hac uera esse potest
quae dicit. est homo non animal. quae est an
gularis. idcirco quoniam animal naturaliter
in substantia hominis perspicitur inhaerere;
Rursus si quis dicat. est homo lapis. est homo
non lapis. ne haec quidem simul uerae esse possunt.
Idcirco quod lapidem inesse homini natura
liter inpossibile est; quod huiusmodi sunt natu
raliter sed inesse possint. ut in his quae superius
proposuimus exemplis angulares uerae
sunt semper; potest enim uerae esse et ea quae
dicit. est iustus homo. et ea quae dicit. est
non iustus homo. Rursus potest uerae esse
ea quae dicit. non est iustus homo. si hoc
de sylliba dicatur. et ea quae dicit. non est non iustus
homo.

si hoc de ea tone predicetur; In his igitur quae sunt
indefinite. si ea quae predicantur naturaliter
non sunt. & eis esse possibile e͞. semper angulares
simul ueras ee͞ contingit, quod si huiusmodi ppo
sitiones cum definitione ponamus. ita dicendum
est; omnis homo iustus, huius negatio non e͞ om
nis homo iustus. Rursus e͞ omnis homo non ius
tus; huius negatio. non e͞ omnis homo non iustus;
quae disponantur hoc modo. ut negatio sub ad
firmatione sit. & sub negatione adfirmatio;
adfirmatio, omnis est homo iustus; Negatio. non
est omnis homo iustus; Negatio. non est omnis
homo non iustus. adfirmatio. est omnis homo
non iustus. In his ergo quandam dissimilitudi
nem monstrat. Nam definitas si ea quae pre
dicantur naturaliter non inessent. esse ta
men sub iectis possunt semper angulares simul ue
ra ee͞ sine dubio contingebat; Nam & adfir
matio nes adfirmationibus. & negationes nega
tionibus. cum ueniebant; In his autem quae cum defini
tione quantitatis dicuntur. non idem modus
e͞; adfirmationes enim adfirmationibus. nul
la ratione iunguntur; Nam si uera sit ea quae
dicit est omnis homo iustus. numquam uera ee͞
potest ea quae dicit. est omnis homo non ius
tus quae e͞ angularis; et hoc discrepare
in nullo reperietur exemplo; Negationes autem
particulares quae sunt sibi angulares. simul
ueras esse contingit; potest enim uerum ee͞ in
his quae naturaliter non sunt & possibilia
sunt inesse. ut negatio particularis negati
oni particulari eique angulari conueniat.
ut ea quae e͞ non est omnis homo iustus, eique
est angularis conueniat. non est omnis homo
non iustus; sed hoc dissimiliter quam in inde
finitis; Nam in illis & ea quae dicit est iustus ho
mo. ei quae dicit est non iustus homo angula
ris scilicet conueniebat; Rursus ea quae
dicit non est non iustus homo. ei quae e͞ non e͞
iustus homo angulariter posita congru
ebat; In his autem idest secundum quantitatem
definitis. adfirmationes quidem duae uni
uersales quae sunt. est omnis homo iustus.

& est omnis homo non iustus numquam simul uere
esse possunt; angulares autem negationes quae
particulares sunt. idest non est omnis homo
iustus. & non est omnis homo non iustus. In his
quae & esse & non ee͞ possibilia sunt simul uerae
sunt; non similiter ergo in his quae sunt indefinite
angulares sibimet congruunt. ut in his quae
indefinite sunt. quod per hoc demonstrat quod ait;
sed non similiter angulares contingit ueras
ee͞; In illis enim sibimet utraeque consentiunt
angulares. In his autem angulares quidem adfir
matiuas numquam simul ueras ee͞ contingit;
Aliasuero angulares quae sunt particulares
negationes. contingit aliquando; hoc enim ipsius
uerba declarant dicentis; Sed non similiter
angulares contingit ueras ee͞. contingit autem
aliquando; Non similiter quidem contingit ueras
ee͞. idcirco quod adfirmationes uniuersaliter
angulares uere numquam sunt. quod in his quae
definite contingebat; Contingere autem ali
quando dixit cum angularium quae sunt par
ticularis negationes facimus comparati
onem. si ea quae predicant non sint naturalia
subiectis. sed tamen inesse possibilia; Haec
igitur duae oppositae sunt. aliae autem ad id
quod est non homo quasi sub iectum aliquod
additum. ut est iustus non homo. non iustus non
homo; magis e͞ non iustus non homo. non est
non iustus non homo; plures autem his non erunt
oppositiones; hae autem extra illas ipse secun
dum se erunt. ut nomine utentes eo quod e͞
non homo; Alias nobis rursus esse propo
sitiones ostendit. quarum alias quidem non pre
dicatum sed subiectum infinitum sit. alias utraque;
si quis enim dicat. est iustus non homo, quoniam non
homo subiectum est & est infinitum nomen uoca
tur oppositio ex infinito subiecto; idem & in negatio
ne quae e͞ non est iustus non homo; At uero sunt
aliae propositiones. quae & ex predicato
& ex subiecto infinitis ee͞ uideantur. ut e͞
cum dicamus. est non iustus non homo. non e͞
non iustus non homo. In his enim non iustus
predicatum e͞. non homo subiectum sed utraque;

sunt infinita; unde fit ut in his propositionibus
in quibus est verbum tertium praedicatum magis
plures propositiones quam hae quae dictae
sunt inveniri non possint. autem in e utrisque
erunt finitis praedicato scilicet et subiecto. ut est ho
mo iustus, non est homo iustus. aut solum praedica
tum habebit infinitum, ut est non iustus homo, non
est non iustus homo. aut praedicatum quidem
finitum erit. infinitum vero subiectum. ut est
iustus non homo, non est iustus non homo. aut
et praedicatum et subiectum infinita pro
ponuntur. ut est non iustus non homo, non est
non iustus non homo; Ultra autem propositiones
in quibus est verbum tertium praedicatum
inveniri non possunt; sed hae quae subiec
tum infinitum habent vel utrumque infinitum, prop
ter illas superiores sunt quae aut praedica
tum infinitum habent, aut utraque finita atque
idcirco praeter illas eae dicuntur. et nullam eadem
consequentiam servant. Et tertia positum in ea
propositione qua dicit est iustus non homo no
men infinitum quod est non homo. tamquam si finitum
nomen aliquod poneretur. atque hoc est quod dicit. ut
nomine utentes non homo; ita enim in
finitum nomen positum est tamquam si finitum
nomen esset positum. nominis enim locum
tenet. quemque etiam tertiae positum sit nihil
omnino tamen nomen sit infinitum enim nomen
licet simpliciter nomen sit. tamen cum fi
nito iunctum nomen est; In his vero in qui
bus est non evenit. ut in eo quod est currere vel am
bulare; Sunt inquid quaedam pro
positiones quae cum est praedicatur. aliae vero
quaecumque verba praedicare possunt. ut in
eo quod dicimus. homo ambulat, homo cur
rit; sed in his nihil differt tantum quis dicat
ut dicatur. id est homo currit et homo ambu
lat tamen cum est verbo eas praedicet, idem utique est
dicere homo currit et homo ambulat.
tamquam si dicat; homo currens est, ho
mo ambulans est quocirca nihil differt in
huiusmodi propositionibus utrum cum est verbo,
an praeter est coniuncto verbo vero appo
natur; Idem quoque est et in universalibus;

Nam cum dicamus omnis homo currit, om
nis homo non currit, et rursus. omnis non ho
mo currit, omnis non homo non currit, idem
est tamquam si dicamus. omnis homo currens
est. et omnis homo currens non est; et rursus
omnis non homo currens est. omnis non homo cur
rens non est; Docet autem illud quoque multum
differre. an ad positum terminum iungatur
negatio. an certe ad determinationem; Nam
si ad subiectum terminum dicitur, fit nomen
infinitum. ut est omnis non homo currit; quod
si ad determinationem. fit negatio ut est non omnis
homo currit; Unde fit ut si non ad deter
minationem universalem. sed ad rem deter
minatam negatio ponatur fit infinitum nomen.
ut est. non homo; quod si non ad rem univer
salem. sed ad determinationem universalem.
negatio est. cum enim dicamus non omnis.
omnis quidem universale non est. sed est signifi
cat; quoniam illud de quo dicitur univer
saliter dicitur. ut cum dicamus, omnis homo.
homo quidem ipsum universale est. omnis
vero non est quidem universale. sed significat.
quoniam res universalis id est homo univer
saliter dicta est; Ergo quotiens ad determi
nationem quae rem quamlibet universalem
universaliter dictam demonstrat negatio ponitur.
non nomen infinitum sed negationem constituit;
atque hoc est quod dicit, Non enim dicendum est non om
nis homo. sed non negationem ad homo ad
dendum est; omnis enim non universale significat.
sed quoniam universaliter; Ipsum enim omnis
non est universalis terminus. nec omnino
terminus. sed universali praedicato additum.
facit illud universaliter enuntiari; Pro
bat autem haec non esse universales termi
nos. sed tantum determinationes univer
saliter consignificantes. hoc modo; Cum
enim dicamus currit homo, non currit homo.
currit non homo, non currit non homo.
universalia quidem subiecta sunt in his
propositionibus. sed non universaliter
praedicantur; distant autem hae ab his

propositionibus in quibus sic dicimus. om
nis homo currit. nullus homo currit. Eo quod
iste quidem universale universaliter predi
cant. ille vero universale non universali
ter. Manifestum ergo quoniam omnis et nullus
non universale sed id quod universale predice
tur. faciunt ut universaliter enuntietur.
Quare eadem omnia ponenda sunt. Cum
dicimus currit omnis homo. si infinitum
nomen volumus facere non dicamus cur
rit non omnis homo. sed negationem id est
non nomini addemus. eadem in proposi
tione cuncta servantes. si adfirmationem
volumus ex infinito nomine facere. quod
si ad determinationem universalis rei
negationem aptemus. fit non adfirma
tio nominis infiniti. sed propositionis ex no
mine finito negatio. Si vero contraria e nega
tio eius quae est. omne est animal iustum. illa
quae significat. quoniam nullum est animal iustum.
hoc quoque supra iam dictum est. quoniam hae inquit
contrariae sunt simul verae esse non possunt
neque in eodem. Et possunt quidem utraeque et cum
temporis diversitate esse verum. simul autem
esse non possunt. ut si quis dicat aureo qui
dem seculo omnes homines fuisse iustos.
fuisse ferreo vero nullum hominem esse iustum. utraeque
vero esse possent. sed non eodem tempore.
hoc est enim quod ait. Neque verae simul quidem aliquando
sed utrasque. Neque in eodem. nisi forsitan dicas sub
iecto. ut dicamus. est omne vivens iustum. si re
feramus ad caelestes potestates vera est.
Nullum vivens iustum est si referamus ad equos.
utraque sunt verae. sed non in eodem ipso. illud
enim in divinis. istud in equis retinet ve
ritatem. his autem quae sunt oppositae idem
particulares. possunt simul esse verae
tunc cum superiores universales simul sunt
falsae. quae autem sunt hae ipse planissi-
mo monstravit exemplo dicens. Non
omne animal iustum est quae est particularis
negatio. et est aliquid animal iustum. quae
est particularis adfirmatio. Sequuntur
vero eam quidem quae est nullus est homo iustus.

illa quae est. omnis est homo non iustus. Ostendit
superius adfirmationem universalem et uni
versalem negationem quoniam sibi essent contrariae.
simul veras esse non posse. Nunc autem mons
trat universali negationi nominis fini
ti consentire universalem adfirmationem
nominis infiniti. et particulari adfirma
tioni. quae est opposita universali negationi
nominis finiti. consentire eam quae est oppo
sita adfirmationi nominis infiniti. scili
cet particularem negationem predicati
retinentem infinitum. Et prius discribantur
hoc modo. Negatio Nullus homo iustus est.
adfirmatio. quidam homo iustus est.
adfirmatio. omnis homo non iustus est. nega
tio. non omnis homo non iustus est. Est ergo
universalis negatio ea quae dicit. nullus
homo iustus est. huic opposita est contradic
toriae particularis adfirmatio. quidam
homo iustus est. rursus est universalis ad
firmatio infinitum habens predicatum ea quae
dicit omnis homo non iustus est. huic con
tradictoriae particularis opponitur.
infinitum habens predicatum. ea quae dicit
non omnis homo non iustus est. hae igitur
sese sequuntur. sed universalis adfirma
tio nominis infiniti. id est omnis homo
non iustus est. sequitur negationem eam quae
dicit. nullus homo iustus est. Nam si verum
est nullum esse hominem iustum. verum est om
nem hominem esse non iustum. sed his oppositae
sibi rursus ipse consentiunt. Nam si verum
est dicere. quoniam quidem homo iustus est. verum
dicere. non omnis homo non iustus est.
sicut non omnis homo non iustus est. aliquem
iustum esse necesse est. Manifestum autem
quoniam etiam in singularibus. Si est verum inter
rogatum negare. et adfirmare verum est; quoniam
non est aliquis inquit in singularibus
rebus interrogat. Et is qui interrogatur
negat. tunc is qui interrogat recte ne
gationem cum singulari iungens. ex infinito
nomine facit adfirmationem. ut si quis
dicat. Putas ne Socrates sapiens est.

alius respondeat non erit recta conclusio
dicentis. socrates igitur non sapiens est. ex
negatione ergo respondentis et ex infinito
nomine non sapiens facta est adfirmatio
socrates non sapiens est; atque hoc quidem in sin
gularibus; quod si hoc in universalibus fiat
universaliter predicatis. negationem
potius fieri contingit. quam adfirmationem;
Ut si quis interroget. putas ne omnis homo
sapiens est. ille respondeat non · Necesse
est ita concludere ut dicatur. omnis igitur
homo non sapiens est; hoc enim falsum est. nec hoc
evenit necessario ex interrogati respon
sione. sed magis illud. non omnis homo sa
piens est; Nam cum aliquis interrogat. putas
ne omnis homo sapiens est. si ille negetur dicen
non tu concludas oportet. non omnis
igitur homo sapiens est; hoc enim ex illius
responsione necesse est evenire. sed haec
contra iacens est interrogationi ideo oppo
sita; Interrogati enim universalem
adfirmationem dicens. putas ne om
nis homo animal est. respondit. non.
concludes tu particularem negationem.
non omnis homo animal est. et haec di
vidit verum vel falsum; Nam si contra eam
interrogationem per quam adfirmationem
universalem interrogasti ille neget. et
tu concludas eam propositionem quae di
cit. omnis homo igitur non sapiens est.
non potius contra iacentem. sed contra
riam facies; hoc enim quae dicit omnis
homo non sapiens. consentit ei quae
dicit nullus homo sapiens est; quare
nihil differt. verum hanc aliquis ex in
finito nomine [vel] universalem negationem

[Marginal note: Affirmatione respon deat. aut ex finito no mine]

quae cum adfirmatione universali
quam interrogasti verum falsumque non
dividit. sed illa sola concludenda sunt
in quibus unum verum est. alterum falsum.
Non igitur ita debet fieri [in] universalibus.
ut interrogata universali adfirma
tione. si ille negatione responderit.
universalis adfirmatio ex infinito
nomine concludatur. sed potius particularis
negatio ex nomine finito; Illa vero secundum
infinita opposita nomina ad verba ut in eo
quod est non homo vel non iustus. quasi nega
tiones sine nomine vel verbo esse videbantur
sed non sunt; Cum de propositionibus ex in
finitis nominibus loqueretur. ipse infinita
nomina sola sumpsit. et de his qualia vide
antur esse pertractat; Sermonum inquit
prolationes quae secundum contra iacen
tia nomina vel verba sibi opposita sunt.
ut in eo quod dicimus. homo non homo.
currit. non currit. quotiens finitum infinito
comparatur. videntur quasi quaedam esse
negationes. sed non ita est; omnis namque ne
gatio vel vera vel falsa est; qui autem
dicit. non currit. et non laborat. et non
homo. neque verum aliquid enuntiavit. neque
falsum; et fortasse minus aliquid veri vel
falsi significavit. quam is qui finitum nomen po
nit; Nam qui nomen finitum constituit. nihil
quidem adhuc verum falsumve enuntiavit
sed quoniam quidem finitum posuit. propinquior
est huiusmodi prolatio ad veritatem
quae aliquid finitum ponit. ea prolatio
neque aliquid infinitum. sicut illa quae
aliquid significant propinquiora sunt
ad enuntiationem faciendam. his quae
nihil significant; quare in his quae infinita
sunt minus ulla veritas falsitasve perspi
citur. quam in his omnibus quae sunt finita.
ac multo magis nihil adhuc verum
falsumve designat id quod dicitur non
homo. vel non currit. nisi aliquid ad
datur quod enuntiationem possit efficere;
Quod autem dixit. quasi negationes sine
nomine vel verbo esse videbuntur.
idcirco addidit quoniam infinita nomina
vel verba. neque nomina sunt simpliciter
neque verba. et videntur non homo et non
currit negationes esse; quod si tale est. sine
nomine et verbo esse negationes videntur; +
nihil magis de homine. sed etiam minus
verius fuit vel falsius. Quem enim dicit


+ Addit etiam illud: si non aliquid addatur;

honorem constituit; qui dicit non homo, quide ipsa
re tulit. sed nil addit; quo circa longe minus
quiddam enuntiauit de homine qui infinitus
de tum homine dixit. quam qui finitum; significat autem
haec est omnis non homo iustus. nulli illa quoque
id est nec huic opposita. ea quae est non est.
Illae oppositiones in quibus infinita nomi
na subiecta sunt. longe aliud in quid sig
nificant et non idem his propositionibus quae
uel secundum finita. uel secundum infinita
predicata dicuntur; Ea enim quae dicit
est omnis non homo iustus. nihil idem sig
nificat. quam illa quae dicit. est omnis homo
iustus. uel nullus homo iustus est. uel utrum
est omnis homo non iustus. uel nullus homo
non iustus; Nulli enim similis est harum ea quae
dicit. est omnis non homo iustus. nec huic op
posita negatio particularis ea quae dicit
non est omnis homo non iustus. illi earum
idem significat quae superius dis
criptae sunt. uel alicui earum quae est superius in
discriptis oppositae; Illae uero quae ex du
obus terminis infinitis constitutae sunt. illis
sunt similes quae uniuersalis negationis
sunt. habentes subiectum infinitum. ut ea
quae dicit est omnis non iustus non
homo. illi idem significat ei quae consentit
quae dicit. Nullus iustus non homo. et pri
or quidem utrosque terminos retinet infi
nitos; haec uero secunda predicatum qui
dem finitum. subiectum uero infinitum; Et illa
quidem est adfirmatio ex duobus infinitis.
haec uero ex finito predicato et subiecto
infinito negatio uniuersalis; Transposi
ta uero nomina uel uerba idem significant;
Quotiens inquit nomina permutantur et uer
ba eadem propositionum significationes perma
nent; quotiens autem negatio permutatur non
eadem; Nam si quis dicat est non homo albus. et
non est homo albus. non idem significat permu
tata scilicet et transposita negatione;
quotiens autem dicitur est albus homo. et rur
sus est homo albus. idem transposita uerba
nomina quae significant. et erunt eaedem adfirma
tiones;

est si quis hoc negat. contingit ut unius adfirma
tionis duae negationes sint; hoc autem monstrauimus
est superius fieri non posse. sed semper unius ad
firmationis unam esse negationem; illius namque
adfirmationis quae dicit. est albus homo.
illa negatio est quae dicit. non est albus homo;
Illius autem quae proponit est homo albus. si non
est eadem illi adfirmationi quae enuntiat est al
bus homo. et est ab ea diuersum. sit negatio uel ea
quae dicit non est non homo albus. sed illa quae uel ea quae dicit non est homo albus;
proponit non est non homo albus. habet suam adfir
mationem ad quam referri debeat. ea scilicet
quae enuntiat. est non homo albus; illa uero quae
dicit non est homo albus. contradictio
est eius quae proponit est homo albus; sed
si adfirmationes eorum diuersae. diuersae
erunt et earum negationes; Si quis ergo dicat
adfirmationem quae proponit est albus
homo. diuersum esse ab ea adfirmatione quae
enuntiat est homo albus. Illud quoque con
cedat necesse est. ut negationes quoque ipsarum
diuersae sint. est autem negatio illius quae
dicit est albus homo. illa scilicet quae proponit
non est albus homo; Rursus illius quae enun
tiat est homo albus. est negatio non est homo
albus; quare hae duae negationes. non est
homo albus. et non est homo albus. a se diuersae sunt.
Rursus cum dicimus est albus homo. et negatur
non est albus homo. si de eodem homine utraeque
dicantur. unam ueram alteram falsam esse
necesse est. ut si de Socrate dicatur est albus
homo. non est albus homo. quaecumque ita sint
necesse est ut eius quae ait est albus homo. ne
gatio sit ea quae dicit non est homo albus;
sed posita est quidem prius negatio quae dicit
non est albus homo. eius adfirmationis
esse quae dicit. est albus homo; nunc uero
monstramus illam quoque quae dicit non est
homo albus. eius adfirmationis negationem
esse quae dicit. est albus homo; utraeque enim
uerum inter se falsumque diuidunt; Neque enim
fieri potest ut si de uno eodemque homine dicatur
est albus homo. et non est albus homo. utraeque
sint uere; quod si ita ut nunc sunt positae

t infinite

aliquando inueritate concordant. hocidcir
co euenit quia indefinitor: Nonquia uerbis
sunt nominib; q; transpositis; quo euenit
ut unius adfirmationis duplex sit negatio;
quod aū diximus. inferiore discriptione
magis liquebit



At uero unū de plurib; uel plura de uno
adfirmare uel negare. si non ē unum ex plu
rib; non ē adfirmatio una neq; negatio;
Multa peripatetici de discernendis ppositionib;
quae essent una. quae multe consideratio
fuit. atq; ideo nunc hoc dicit. & si una res sim
quit de plurib; pdicetur in propositionib;
uel adfirmatiuis uel negatiuis. uel rursus
res plures de una terū pdicentur. & si plu
rib; illis reb; unū non sit positū. uel una res
de uno nomine plura signantia pdicetur.
si ex illis omnib; reb; unū aliquid non sit.
n̄ ē una adfirmatio nec una negatio; Expositio;
Si quis enī dicat animal rationale. bipes. homo
ē. unū homine plurib; pdicando subiecit; sed
haec singillatim quidē dicta plura s. una ue
ro quandā substantia informant coeuntia
bi; nāq; animal rationali & bipedi. fit una
substantia. animal rationale bipes. quod
ē homo; & quāquā haec singillatim dicta
multa sint. si quis enī dicat animal & rur
sus rationale. & inter misso tempore bipes
discerpti. multa signantia tamen uincta
inunū. unā faciunt naturā; & hoc est quod ait
e homo est fortasse & animal & bipes & man
suetū sed ex his unū fit; Tamquā si dice
ret; homo enī plura significat sed ea si ea sig
nantur discerpti dicantur quā & animal
& bipes & mansuetū designat; dicimus enī
homine animal ee. & mansuetū & bipes sed

haec iuncta in unū corpus efficiunt animal
mansuetū. bipes. quod ē homo; quare quāquā
de uno plura pdicata sint. tamen quoniam ex om
nib; unū aliquid fit. ex hoc una ē adfirma
tio atq; negatio; Quod si duae postules
subiecto sint de quib; una res predicetur. ut de
his unū fieri aliquid neq; ut sit. non ē una ad
firmatio nec una negatio; Si quis enim
candido aliquo homine ambulante dicat.
albū. ambulans homo est. albū & ambulare
in unā naturā non conueniunt. nec fit
ex utrisq; unū aliquid. ita ut alicuius haec
duo iuncta substantiā forment; quare siue
adfirmentur siue negentur. siue sub iecta sint
siue predicata. non erit una adfirmatio
nec una negatio. sed uox quidē una ē; totaū
inea sunt adfirmationes & negationes. quot
termini sunt posita ex quib; unū non fit siue aū
de plurib; unū sū minus predicetur; siue plu
ra de uno predicentur. idem modus ē. ut si quis
dicat. homo animal rationale. bipes ē. quoniam ex his
unū quiddā fit. una ē ppositio; Si uero quis dicat
homo albus & ambulans ē. quoniam ex his nihil unū fit
non ē una propositio; Amplius quoq; si plurib; reb;
unū nomē sit positū. ex quib; coniunctis nulla
una natura sit. & de illo uno nomine unū qd
libet aliud predicetur. non ē una adfirmatio
nec una negatio; Marinus nāq; & hic latra
bilis uno uocabulo canes uocantur; Si quis
igitur dicat. canis animal ē. quoniam ex his quae sig
nat canis inunū iunctis nihil efficitur.
ex caniculi latrabili & ex marino iunctis nulla
una substantiā ē illa propositio multiplex ē.
& multa significantia & non una; quare quia ad
si quis huius modi propositionis interroget. mo
debeat respondere docet dicens; Si ergo dia dū
lectica interrogatio. responsionis ē petitio.
uel ppositionis uel alterius partis contradic
tionis; sensus huius modi ē; Quicūq; inter
rogat si ab arte dialectica non declinat.
idcirco interrogat ut ei respondeatur;
Respondeat aū aut tota propositio aut con
tradictionis una particula; Si quis enī
sic dicat interrogans anima ne inmortalis e

unc respondens autē respondebit aut non;
hoc aūt ē totius contra dictionis una particu
la; contra dictio enī ē; anima inmortalis ē.
anima inmortalis non ē; ergo est & non.
contra dictionis sunt particulae. Et
si quis sic interroget. Anima ne inmortalis ē
an non; tunc ille eta respondebit
tota propositionē dicens; uidetur mihi in
mortalis ēē. uel rursus uidetur mihi n̄ ēē
inmortalis; Ergo quisquis interrogat ita
responsionē petit. id ē illa responsionis petitio
uel propositionis petitio sit. uel unius partis
contra dictionis; Propositio aūt una est con
tra dictionis est. id est omnis adfirmatio
una unam habebit negationem. & in
duabus propositionibus una erit contra
dictio; Quare quisquis plura significan
tem propositionē dixerit. ille non facit propo
sitionē ad quā sit una negatio; quocirca h
uius modi interrogationi quae plura sig
nificat. nec si uera sit debet ēē una responsio;
si quis interroget. substantia ē ne sit canis quā
quā uerū sit dicere. substantia ē. qm̄ & la
trabilis & marinus substantia ē. tamen non ē
ad hanc una facienda responsio. sed dicen
dū ē de quo cane interroget; quod si ille di
xerit de marino. uel rursus de latrabili.
t uno cū illius determinationē definitio
nē quo interrogationis facta fuerit una
propositio unū q: significans. adhibenda ē
una responsio; de his aūt in topicis dictū
ēē commemorat; Similit aūt manifestū ē qm̄
nec hoc ipsū quidē dialecticae interroga
tio; qualis debet ēē modus dialecticae intga
tionis exsequitur; ait enī; Si quis intro
gat quid ē animal. haec non ē dialectica
interrogatio. oportet enī ē dialecticā
interrogationē obtionē respon
denti dari utrū adfirmare uelit an
negare quod dicitur. ut si quis sic intro
gat. Dialectica est interrogatio; Putas
ne bonū malo contrarium ē. tunc respon
denti datur electio. utrū adfirmare uelit
an negare; Dicit enī aliqua aut ē aut n̄ ē;

qui aūt ita interrogat. quid ē animal nullū
illi locū aūt adfirmationis aut negationis
reliquid; quid enī dicturus ē interroganti
aliquo quidē animal dicturus ē non in con
ueniens erit responsio; eodē quoque modo si dicat ē
animal. ad causā; sola igitur illa ē dialectica
interrogatio. in qua datur respondenti ex in
terrogatione obtio. utrū uelit partē con
tra dictionis eligere. eamque enuntiare
uel adfirmando scilicet uel negando; Oportet
enī interrogantē determinare. utrū uer
bi gratia animal homo sit an non. ut ex illa
interrogatione quā uelit partē contradic
tionis possit is qui respondit eligere; Qm̄ haec
quidem praedicantur composita. ut unū sit
omne praedicamentū eorū quae extra p̄dicant;
Post quā de unitate p̄positionis explicuit.
& quidē ē dialectica p̄positio terminauit.
nunc ad illa uenit in quib: plura saepe ut nō sigillati
uera citer p̄dicantur. quae simul p̄dicata
alia ueras. alia falsa; Si quis enī si dicat
marius malus ē. fortasse uerū ē; Rursus
marius dux ē. & hoc uerū ē; quae iuncta
minime nulla creatione sunt uera. Uelut
si quis dicat marius malus dux ē; ē nāq: op
timus omniū. Rursus homo animal ē. uerū
est. & homo bipes ē. uerū ē; & haec iuncta uera
rursus; Si quis enī dicat homo animal
bipes ē. uerū ē; horū ergo qui modus sit.
uel quando ea quae singula extra predicant
iuncta uera uel falsa sint. regulā daturus
adgreditur; & sensus quidē huiusmodi ē;
ordo aūt sermonū talis ē; qm̄ uera inquit
quaedā sunt quae ita coniuncta dicu
quo praedicantur. ut eorū praedicamentū unū
sit & in unā congruat formā. eorū quae
extra uere poterant praedicari. ut in eo qd est
animal bipes de homine. iuncta composita
quae dicuntur. & fit una quodā modo pre
dicatio. cū animal & bipes extra sigillati
ualeant praedicari; dicimus enī homo animal
est. rursus homo bipes est; alia uero quae
non sunt eo modo. quae sigillati quidē p̄
dicant uerū ē. composita uero falsum.

si uero convenerit ei quae est ne necessariū eē
illa quae possibile eē. Rursus fit ut id q̄d ē
necessariū non necessariū sit, sed hoc falsum
est; sed hoc quē ad modū sese habeat. paulo
post explicabitur; Nunc uero priorē senten
tiā p mutantes. hoc dicimus. q̄m id q̄d ē possibile
non potest consequi id q̄d ē necesse eē;
nec haec ibi propositiones consentiunt. possibi
le eē & necesse eē; quod aristoteles hoc modo
proponit; At uero neq: id q̄d ē necessariū
eē, consequitur id q̄d ē possibile eē. id q̄d est
necessariū ē non eē; illi enim utraq: contingit
accedere; horū aut utrūlibet uerū fuerit.
non erunt illa uera. Docet id q̄d ē possi
bile. non consentire ei q̄d ē necessariū
esse. nec rursus ei quae est necessariū est non eē;
nā q̄d necesse eē eē. non eē; quod aut necesse
ē non eē, non potest eē. quod aut dicimus
n potest

possibile esse ita dicimus itaque quam sibi non esse
possibile sit; utraque igitur habet naturam id quod
dicimus possibile esse. ut et sit et possibile est sit
possibile non esse; quia uero dicit necesse esse. aufert
non esse; et quidicit necesse esse non esse. aufert esse; Ita
si hae uerae sunt idem necesse esse. aut rursus neces
se non esse. uerae que illae falsae sunt quae dicunt esse
potest esse et potest non esse; Illa enim quae proponit
necesse esse. posse non esse subruit; illa uero quae
dicit necesse esse non esse posse esse subuertit; Ne
utra igitur consequitur ea propositione
quae dicit possibile esse nec ea quae dicit ex neces
sitate esse. nec illa quae dicit ex necessitate
non esse;
Et sensus quidem huiusmodi est; sermonum autem
ratio talis est; At uero inquit neque id quod est ne
cessarium esse sequitur propositionem illam quae pro
ponit possibile esse. Nec rursus illa quae dicit
necessarium esse non esse. illi enim idem possibile utram
que contingit accedere. id est posse esse et posse non esse;
Nam quod potest esse. idem potest non esse; horum autem id est
uel quae dicit necessarium est esse. uel quae dicit
necessarium est non esse. utrum libet uerum fuerit.
non erunt illa uera. id est posse esse. et posse non esse;
Quod enim possibile est esse. idem possibile est non esse; quod si
sine que necesse esse nec necesse non esse. proposi
tio. ea quae est possibile esse consequitur. re
linquitur ut illa ei consentiat quae dicit non
necessarium est non esse; haec enim sequitur eam quae
proponit possibile esse; Quicquid enim possibi
le est esse. non necesse est non esse ut quoniam homine
possibile est ambulare non est necesse non am
bulare. Haec enim uera est et loquitur, et de eo quod est
necesse esse non esse; Idem haec enim propositio
quae dicit non necesse esse non esse uera est ut contra
ea opponatur contradictoriae quae dicit
necesse esse non esse; unde et uerum esse uirtute;
Haec enim fit contradictio eius quae sequitur
non possibile esse. Unde huiusmodi facienda
descriptio est. adfirmatio. contradictio.
negatio. inpossibile esse. non inpossibile esse.
Negatio contradictio. adfirmatio non pos
sibile esse. possibile esse; adfirmatio contra
dictio. negatio; necesse esse non esse. non necesse
esse non esse. Haec enim quae dicit non necesse esse non esse.
contradictio est eius quae proponit. necesse esse
non esse. quae est sequens et consentiens ei quae est
non possibile esse est quae consentit ei quae dicit inpos
sibile esse, quae rursus sequitur eam quae est ul
tima idem necesse esse non esse. Cuius contradic
tio est. non necesse esse non esse, adfirmatio uero
est. necesse esse non esse. Negatio non necesse esse non esse;
quocirca secundum contradictionem fit. haec quoque
consentia; Nam inpossibile esse. et non inpossibile
esse. Contradictio est. sed adfirmationem idem inpos
sibile esse. sequitur negatio. non possibile esse,
Negationem uero idem. non possibile esse. sequitur
adfirmatio. possibile est esse, sed non possibile
est esse et possibile esse. Contradictio est, sed negati
onem. possibilis id est non possibile esse. consequitur
necesse est non esse, adfirmatio adfirmationem
possibilis id est possibile esse. sequitur non neces
se esse. non esse negatio; quare ita posita nihil uel
nil inpossibile sed omnia consentiunt et secun
dum superiorem possibilis et inpossibilis modum.
adfirmationes et negationes conuerso ordine
contradictoriae se sequuntur. Et sensus qui
dem totus huiusmodi est; Ordo autem uerborum
sic, quoniam inquit ei quod est possibile esse. nec illud
quod est necesse esse. nec illud quod est necesse non esse
consentit; Relinquitur ut id quod est non necessariu
non esse. sequatur possibile esse; hoc enim quod dicitur. non neces
sarium non esse uerum est dicere de non necesse non esse. et subaudimus
quoniam eius contradictio, haec enim quae dicit non necesse
non esse. contradictio fit eius quae sequitur negationem
possibilis. id est non possibile esse, haec est autem ea quae dicit
necesse esse non esse, illud enim quod est non possibile esse.
utrumque horum sequitur, et quod est inpossibile esse. et quod est necesse esse
non esse, cuius adfirmationis id est necesse esse non esse. nega
tio est. non necesse esse non esse, sed haec sequitur non inpossibile
esse et possibile esse; Igitur et haec contradictiones
secundum dictum modum se sequuntur. scilicet contradic
toriae sed conuersi, et hic positis atque ita ordinatis
nihil contingit inpossibile. Dubitabit autem aliquis.
si ei quod est necessarium esse. id quod est possibile esse consequens est.
Ad superiorem possibilis et necessarii consequentiae reuer
sus quaestionem, dicit enim dubitari posse. si id quod est pos
sibile esse consentiat ei propositioni, quae est necessarium esse,

siue enim consentire dicatur, siue consentire aliquid in possibile & inconueniens utroque modo contingit. Nam si quis dicat id quod dicitur possibile esse. non sentire id quod est, necessarium esse consentire, negatio possibilis est quae est non possibile esse, sed ista consentiat. erit id non necessarium esse, quod est non possibile esse quod si hoc rursus aliquis neget & dicat non esse negationem eius propositionis quae est possibile esse. eamque dicit non possibile esse, sed illam potius quae est ponit possibile esse non esse quam falsum sit ita non ne haec quidem ei quod non necessarium esse euenire potest. si enim negatio eius quae est possibile esse ea quae dicit possibile esse non esse, si adfirmatio possibile esse insequitur adfirmationem quae dicit necesse esse. sequitur negatio ea quae est possibile esse non esse, sed non necesse esse. falsum est dicere. quoniam possibile esse non esse, quod enim necesse est esse. dici non potest fieri posse ut non sit. sed potius non posse fieri ut non sit; quod si quis dicat rursus sequi id quod dicit necesse esse & consentire ei quae dicit possibile esse sicque aliquid inconueniens repperietur, quod enim possibile est esse. idem possibile non esse; erit igitur quod necesse est esse. possibile non esse. & erit contingens quod necessarium est. possibile enim & contingens in utramque partem facile uertitur. & ad id quod est esse & ad non esse quod aut necesse esse. Inter clusum habet euentum ad contraria dictionem. ut in necesse esse. ut in sit fieri non potest. si necesse est non esse. ut sit impossibile est, quare ei quod dicit possibile esse, consentire ei quod est necesse esse. quoniam quod est possibile esse. potest & ita non esse. & hoc est contingens dicere id quod est necesse posse non esse. & est contingens quod est inconueniens.

Hanc igitur dubitationem soluens ita sequitur. ~~at manifestum~~ quoniam non omne possibile uel esse uel ambulare & opposita ualet;

Multa inquit quaecumque sunt potestas id est non & etiam ambulandi aliquid quod non sit plura enim sunt quae ab eo quod est non mutantur. Alia uero sunt quae mutari possunt ut calorum uariare sola potest id est mouere. huic uero oppositum id est non moueri non potest;

Ergo non omne quod est possibile uel esse uel ambulare, id est non omne de eo quod liber possibilitas praedicat. & etiam opposita ualet utrumque; possit fieri facere quod facit. & huic oppositum id est non facere quod facit, sed quaedam in quibus ita potestates esse praedicentur. ut non sit uerum de his dici quoniam & opposita possunt. ut et in his quae possunt ratione aliqua possunt; ut ignis, namque ignis potest ratione aliqua calidus esse; non enim reddere rationem. cur ignis sit calidus. natura enim est calidus & eius potest esse calidus. non autem potest id quod est oppositum id est non potest non calere quod oppositum est scilicet quod calere; Ergo secundum rationem potestates

Si praedicatur de pluribus morum & uiue rationes sunt. Potestas inquit quaero secundum rationem id est in quibus est aliqua ratio. non unius possibilitatis sed plurimorum & aeque oppositorum. ut possibilitas medicinae curandi & quae secundum rationem sunt uiuere & medicus. & est rationabilis potestas medico curandi. non solum potest curare sed & etiam non curare. & potest aliquid plus quam unum & ipsum quod potest oppositum est. id est non curare; oppositum namque est ei quod est curare id quod dicitur non curare; quae opposita contraria uocauit; Adfirmatio namque est & negatio. contrariis & rebus discernuntur; In rationabilibus uero non omnis. sed quemadmodum dictum est. Ignis non est possibile calefacere. & non omnis inquit secundum rationem potestas ad opposita quoque ualet. In rationabilium uero non omnis huiusmodi potestas est ut opposita non ualeat. Nam cum ferrum calere sine ratione potestas sit. & ratione calere; quoniam rationem non habet. potest & ita non calere; Ignem autem irrationabilis potestas sic calefacere. non potest & non calefacere; quare recte dictum est. Irrationabiles potestates non omnes non posse contraria sed quaedam. ut ignem qui cum sit calfactibilis. non calfactibilis non est; quae cum sint irrationabilia. quae unam tamen habeant potestatem non & etiam opposita sic demonstrat dicens; Nec quaecumque alia semper agunt; Ignis enim opposita non potest, sed non solum ignis, sed illa quoque omnia unum possunt & non multa per opposita quaecumque actu semper ut sol semper actu lucidus. idcirco non potest non lucere. & nix semper actu frigida est. & ideo non quam potest esse non frigida. Ergo quaecumque semper agunt, id est in actu sunt semper in actu sunt manifestum quoniam sicut ignis nec capit frigus, ita nec illa quoque opposita possunt; idcirco enim ignis quoque opposita non potest. quia semper in actu habet & propriam potestatem; semper enim est calidus; sed non omnia irrationabilia ut dictum est unam tamen habent potestatem. ut opposita non possint; Sed sunt quaedam irrationabiles potestates quae utrumque possint. ut in eo quod est secari posse. uel non secari posse; potest namque secari pellis. potest & etiam non secari; Sed haec sunt opposita; secundum igitur irrationabiles quoque potestates possunt quaedam opposita; sed idcirco superiora sunt dicta inquit quibus monstrauimus; quoniam ignis & quaecumque semper sunt actu non possunt opposita. ut doceremus non omnem potestatem oppositorum esse potentiam sed aliquas esse huiusmodi potestates quae actu essent & unam rem sola possent. ab oppositorum uero potestate discernerent. hoc autem non solum in his quae secundum rationem potestates dicuntur.

sed etiam secundum eam speciem quae in rationabilibus dicitur. Sunt
enim quaedam eorum quae inrationabilis potestatis esse dicuntur.
quae non solum id quod sunt, uerum etiam opposita possint. Alia uero
unum tantum possunt. Pellis enim potest secari et non secari, et id
circo opposita potest. Ignis uero cum sit calidus, fri
gidus esse non potest. Et idcirco nulla illic oppositorum potes
tas. Quaedam uero possibilitates aequiuoce possibile
enim non simpliciter dicitur. Possibilitatis breuis diuisio
facienda est; possibile enim duobus dicitur modis. Et enim unus
possibile quod cum non sit esse possit. ut homo cum sedet non qui
dem ambulat sed ambulare potest. Aliud est possibile
quod cum sit esse possibile est. ut ignis calidus potest esse calidus.
et quoniam homo sedet potest sedere. Huius autem possibilis duas
species. una cum est quidem potest tamen non esse. ut qui sedeat
ita quidem potest sedere. ut possit etiam non sedere. Alia
uero ut cum sit non esse possit. ut ignis calidus est, sed non potest esse
non calidus, atque hoc est quod ait; quaedam uero potestates aequi
uocae. possibile enim non simpliciter dicitur, sed hoc
quidem quoniam uerum est ut in actu. Id est quoniam est et sit quod dicitur
esse possibile. ut in actu possibile est ambulare quoniam am
bulat et est in actu. et omnino possibile est esse quidquid
in actu est. Illud uero quod fortasse agat. Id est quod non est
quidem sed esse poterit. ut possibile est ambulare. Non quoniam
nunc quidem ambulat. sed quoniam ambulaturum est aliquis;
Haec autem sunt quaecumque non secundum actum dicuntur sed se
cundum potestatem tantum. quae nondum quidem actu sunt.
esse tamen possunt. Haec quidem in mobilibus solis est pos
sibilitas; Illa uero et in inmobilibus; Mobilia
uocat quaecumque sunt naturalia. et in generatione et
corruptione; quaecumque enim generantur et corrumpi
possunt, ea semper in motu; ipsa enim generatio motus quidam
est. atque ipsa corruptio; Ergo in huiusmodi rebus
quaecumque generantur atque mortalia, in his uera est
illa potestas quae non secundum actum dicitur. sed secun
dum id quod non est quidem. sed esse potest; Nulla enim eue
nit huiusmodi potestas. nisi in his quae nascun
tur et mortem oppetunt. Illa uero quae sunt inmo
bilia id est quae in sua natura fixa et consti
tuta. ut mutari mouerique non possint id est diuina.
solam illam habent potentiam quae secundum actum
dicitur. ut sol inmobilis quidem ad substantiam
quamquam sit mobilis secundum locum; quoniam ergo est
inmobilis secundum substantiam et habet non per
mutatur neque mouetur. habet in se lumen quod

habere potest et non habere non possit; Sed in utrisque
his uel mobilibus uel inmobilibus; illud uerum est quod dicitur
dicitur, non impossibile est esse. Nam et quae actu quidem
non est tamen poterit. ut homo cum non ambulat ambulan
di tamen retinet potestatem. Non est impossibile ambulare;
et soli non est impossibile habere lucem. quam actu retinet
sempiterno; In utrisque igitur et mobilibus et inmobilibus.
uerum illud est quod dicitur non impossibile esse; Nam et
de eo quod agit et de eo quod agere potest. de utrisque idem
uere dicitur quoniam non est impossibile esse; Nam et quod ambulat
non est impossibile ambulare. et quod est ambulabile
id est quod ambulare potest non illi est impossibile ambulare;
Sed quoniam diximus ea quae secundum actum potestatem
duas habere species. unam quidem cum in actu quidem sit
et numquam possit non esse. ut ignem actu est calere et num
quam esse non potest calidus. Aliam uero secundum
quod dicimus esse quidem actu posse tamen non esse ut ali
quis cum sedet. potest quidem sedere sed potest etiam
non sedere, huiusmodi est quidem secundum actum possibile
de necessario nullo modo praedicatur; quod enim ita ac
tu est ut necessarium est esse, est quidem sed ita ut non esse non pos
sit; hoc est enim quod ait, Reliquum igitur possibile id est
quod ita actu sit ut possit tamen non esse non est uerum de necess
ario simpliciter dicere. alterum autem uerum est; Nam
quod ita est actu ut non esse non possit, et semper actu est. hoc iuste
de necessario praedicatur; quod enim necesse est esse
quidem sed non esse non potest; Quare quoniam partem id quod
est uniuersale sequitur, illa quod est ex necessitate
est consequens et id quod est. posse esse sed non omnino
Quoniam semper inquit speciem sequitur genus. et partem sua
sequitur uniuersalitas; Sicut enim homo est animale
id est si pars sit species et uniuersalitas et genus eam
esse necesse est, quod sit autem sequitur scilicet propositione
quae dicit necesse esse. illa propositio quae dicit pos
sibile esse. et quae consentit; sed non omnis significatio
possibilitatis sequitur necessarium; illa enim quae
ita possunt. ut non sint quidem esse tamen possint nulla
ratione de necessario praedicantur; necessarium
non modo necesse esse sedere non est. hoc est enim quod ait.
sed non omnino; Ueniam de necessario quod ita est
non potest illud possibile praedicari quod non est adhuc
quidem sed esse poterit. Et est quidem fortasse princ
ipium quod necessarium est. et quod non necessarium
omnis uel esse uel non esse et alia ut horum consequentiam ...

considerare oportet. Principium inquit fortasse ex his oppositionum consequentias inveniendi si sequitur
primo loco necessarium ponatur et non necessarium.
Secundo vero loco possibile esse et cetera. Naturaliter
enim id quod necessarium est prius est. Nam sine necessarias
ea quae semper actu sunt. quae autem semper actu sempiternas.
Sempiterna vero rerum omnium principiant. Recte
initium quoque speculandi quae harum propositionum
consequentia sit. ex his sumemus quae sunt necessa
riae et propter has ex necessariis negationibus id est ex ne
cessario. Constat igitur a necessario et non necessa
rio harum consequentias inveniendi sumenda
esse principia. Illud enim id est possibile et contin
gens esse et cetera necessarium et non necessarium
velut in natura ipsa praecedens subsequuntur. atque
ideo ait. Talia id est possibile esse et contingens esse
utrorum consequentia considerare oportet.
Hoc etiam haec considerari debent. ea quam si quidem
est necessarium et non necessarium praecedant, est sequentis
vero possibile et contingens et cetera. Manifestum est autem ex his quae dicta sunt quoniam quod ex necessitate
est secundum actum est. Palam inquit aliquid omnia
quaecumque secundum necessitatem sunt. semper esse secun
dum actum. quoniam ignis enim ex necessitate ~~ex necessitate~~
calidus est actu quoque semper calidus. quocirca
si quae sempiterna sunt omnibus quae non sunt sempiterna superiora
sunt, ea quae semper actu sunt his quae sunt potes
tate priora sunt. Horum autem omnium divisione facit.
Sunt enim inquit alia quidem sine potestate actu
tantum, ut sol non potestate movetur sed actu. Sed
illa movendi potestatem non habet quae nequi
dem sedere potest, sed actu habet solum. a potestate
vero quae praeter actum sola esse relinquuntur.
Primae et hae substantiae actu quidem sunt, nun
quam vero potestate. Primas autem substantias
dicit divinas scilicet et sempiternas. non eas quas
in praedicamentis primas esse monstravit. id est in
dividuas. tunc enim de his loquebatur primis
quae nobis primae. non de his quae natura primae
quae divinae scilicet et sempiternae. Alia vero
actu sunt quae actus cum potestate. id est quae
et actum habent et aliquando habuerunt potes
tatem. ut fabricata iam domus aliquando po
tuit fabricari. et prius habuit potestatem
secundum tempus. posterius vero actum. sed natura actum
priorem potestate. Ars vero ipsa actum cogitatio
nemque percipit. forma quoque domus prius sibi ipsa designat
et efficit. quare natura actus priorem potestatem
potestas actu priorem est tempore. Alia vero sunt inquit
quae actu quidem numquam sunt semper autem potestate.
ut numerus infinitus quidem. quod enim semper in infini
tum possit augere. sed actu infinitus non est. quemcumque
enim numerum superseris. actu finitus est. quemlibet enim
numerum dicas finita illum numerositas necesse est
complectatur. ut decem vel centum. Infinitus autem fuero id
circo est potestate quoniam possis facere in infinita
concrescere. Non tamen quilibet actu sit nu
merus infinitus. ~~Utrum autem contraria est affirmatio~~
~~negationi~~. et oratio orationi quae dicit quoniam omnis
homo iustus est ei quae dicit nullus homo iustus est. an ea quae
dicit omnis homo iustus est ei quae omnis homo iniustus est.
Propositio quidem quaestionis talis est. quaerit enim quoniam
huic propositioni quae dicit omnis homo iustus est.
ea quae opponit nullus homo iustus est. et ea rursus
quae dicit omnis homo iniustus est. videntur oppo
sitae. quae harum magis superiori sit affirmationi
quae dicit omnis homo iustus est. et negatio enim universa
lis contraria est ei propter quam opponimus. omnis homo
iniustus est. an certe negatio universalis ea quae est
nullus homo iustus est. Similiter etiam huic propositioni
quae est Callias iustus est. propositio quae opponitur Callias
iniustus est. an ea quae dicit Callias iustus non est. contra
ria est. de qua re hanc viam disputationis ingredi
tur. si ea inquit quae sunt in voce illis quae sunt in anima
famulantur. his quae in significatione consentiunt.
necesse est ut quae in opinionibus animae reperiuntur
hoc idem venire videatur in voce. quod si illic et opi
nioni quae arbitratur omnem hominem iustum esse
illa opinio opposita est. et illa maxime contraria
quae putat omnem hominem iniustum esse. et in vocibus
quoque adfirmatio ea quae est omnis homo iustus est
et adfirmatio magis contraria quae dicit omnis
homo iniustus est. quod si in opinionibus non haec magis
opponitur. potius quam illa quae dicit. nullus homo
iustus est. et in vocibus quoque adfirmatio univer
salis videatur esse contraria. utrum adfirmatio
quae dicit omnis homo iniustus est. erunt contrariae
id est omnis homo iustus est et nullus homo iustus est. quod autem dicit

Quod si nec illae contrariae opinationes contrariae.
Id est iustum esse et iniustum esse, quamquam sit secundum
habitum et privationem oppositio, tamen hoc omnino
idem iniustum esse pro contrario sumitur; ergo si illae non
contraria contrariis, id est in iustus affirmatio contraria
non est, non erit nec in vocibus contraria af
firmatio, sed potius negatio, quae est
nullus homo iustus est. Quare inquit considerandum
est cui opinioni falsae opinio vera contraria est. Nam
si quaeres bona sit, verum est de ea dicere quoniam bona
est; contra quam propositionem falsum est dicere
quia mala est, falsum etiam quia non bona est; sed vi
dendum quae harum sit magis contraria verae
adfirmationi quae dicit bonum esse quod bonum
est; utrum illa contraria est quae id quod bonum est dicit
esse malum, an ea quae id quod bonum est dicit esse non bo
adqi num; hoc est quod ait. Dico autem modo est quaedam
oratio vera boni quoniam bonum est, alia vero fal
sa quoniam non bonum est, alia vero quoniam malum est, quae
nam ergo horum contraria est verae? Id est utrum
ea quae negat id quod est, an ea quae ponit id quod non est,
quae magis harum ei quae dicit esse id quod est videatur
esse contraria requirendum est; sed quod huc adiecit
Et si est una secundum quam contraria. Talis est; contrari
orum alia sunt habentia medium, alia vero non haben
tia; et illorum quae habent, si qui sunt contraria sibi
non necesse est per illam negationem illud aliud contra
rium intellegere; nam quoniam inter album et nigrum est ali
quid, si quis dicat non esse album, non idcirco nigrum esse mons
travit; potest enim esse et rubrum et quicquid aliud
inter illa contrariorum medium collocatum est. In illis
vero contrariis quae medio carent, nihil differt
negare rem propositam an adfirmare contrariam;
Nihil enim differt dicere diem non esse quam dicere noc
tem esse; hoc enim diem non esse quod est noctem; nihil enim
est inter noctem atque diem. Ergo in his adfirmatio contra
rii idem videtur quod rei propositae negatio. Ergo nunc
hoc dicit: et si in aliquibus inquit tales propositiones
inveniuntur, ut et negatio rei propositae adfirma
tio contrarii idem valeat et sint unius significationis,
quaerendum est secundum quam enuntiationem propositio
magis est contraria, secundum eam quae dicit non esse diem,
an secundum eam quae ponit esse noctem; investigan
igitur dum est quo harum quamquam unum utraque significet magis est

contraria ei quae dicit esse diem, hoc est noctem quidem ait. Et si est
una secundum quam contraria. Id est et si unum significabunt
aliquando rei negatio et contrarii adfirmatio, secundum
quam harum magis est contraria propositio superiori
propositae enuntiationi. Nam ambae contrariae opiniones esse
definiuntur quae contrariorum sunt falsae; Contrariorum
prius natura retexit in mundo, qui de contrariis propositi
onibus tractat; quidam enim putant contrarias esse opini
ones quae contrariarum essent rerum, quod Aristoteles negat;
dicit enim falsam esse definitionem quae dicit minores eas esse
contrarias opiniones quae sint contrariarum rerum;
Nam cum sit contrarium bonum malo, possumus habere opi
nionem de bono quoniam bonum est, et haec vera est; possumus
rursus id quod malum est putare malum, et haec rursus
verae; et opiniones quidem boni quoniam bonum est et mali
quoniam malum est, contrariarum rerum sunt, tamen utraeque sunt
verae; sed contrariae utraeque verae esse non possunt; falso igitur
definitum est eas esse contrarias opiniones quae contrariarum
sint rerum; quod autem ait; Bonum enim quoniam bonum est et mali
quoniam malum est, eadem fortasse opinio est et verae, dixit id , eadem
quod dixit, eadem ad id refertur quod prius sequitur;
Verae namque verae in eo quod verae sunt eadem; aut certe eo quod
eiusdem esse opinionis quod bonum esse bonum putare
quod malum est esse malum. Sive autem eadem sint sive plures,
contrariae esse non poterunt. Idcirco quoniam simul verae sunt;
Sunt autem ista contraria, scilicet eo quod contrariorum sunt contra
riae, sed magis eo quod contrariae; Sunt autem inquit
ista scilicet quae sunt in opinionibus contraria, non tunc contra
ria quando contrariorum sunt, sed potius quando de uno
eodemque diverso modo et contrarie suspicantur; hoc enim
quod ait. Sunt autem ista contraria; Ea scilicet in animo
opinionibus posita, quorum non propositiones sunt contrariae,
non eo quod sunt contrariorum, sed potius eo quod de uno eodemque subiecto
contrariae suspicentur, ut si quis de bono suspicetur
quoniam bonum est, et rursus alius de eodem bono quoniam malum est;
haec contrariae quae verae simul esse non possunt et de eodem
id est bono nunc bene nunc vero male id est contrarie suspicantur;
Si ergo est boni quoniam est bonum opinatio, est autem quoniam non bonum,
est vero quoniam aliquid aliud quod non est neque potest esse; aliarum
quidem nulla ponenda est, neque quaecumque esse quod non est opinatur,
neque quaecumque non esse quod est; Huius argumenti prin
cipium est quo per consensum utitur et probato quoniam infinitae res
plura atque infinita non possint esse contraria, quare
unius rei unum erit contrarium; Et ergo opinio boni

quoniam bonum est, et haec vera est; est rursus boni quoniam bonum non est
et haec falsa est; potest esse etiam quae putat esse bonum id quod
non est, ut si quis dicat id quod est bonum quoniam malum est, vel quoniam quan-
titas est, vel quoniam aliquid quod non est; sed haec quae de bono dici
possunt, quae ipsum bonum non est, infinita sunt; et rursus possumus
de bono arbitrari multa non esse quae est; bonum enim quod hones-
tum est possumus dicere quoniam honestum non est; possumus dicere
quoniam utile non est; possumus quoque dicere quoniam expetendum non
est, et alia plura infinita. Ergo si et ea quae possumus ar-
bitrari de bono quoniam est id quod bonum ipsum non est, et ea quae opi-
nantur non esse bonum quod est, eaque sunt infinita, quare nec
ea quae putat opinio bonum esse quod non est, nec ea quae putat
non esse quod est, ei opinioni ponendae esse contraria quae putat
bonum esse quod bonum est; hoc est enim quod ait: Aliarum quidem nulla
ponendae, quaecumque esse quod non est opinatur. Ut dicamus
de bono quoniam malum est, vel inutile, vel turpe. Neque quaecum-
que non esse quod est. Ut si eodem de bono dicamus bonum expetendum
non esse, bonum honestum non esse. Infinitae enim utraeque sunt, quae esse
opinantur quod non est, quae non esse quod est. Hae igitur reiciendae sunt
et ad nullam contrarii oppositionem sumendae, quoniam infini-
tae; cum semper contrariorum oppositio sit finita. Quae autem
contrariae ponendae sint opiniones, sequitur dicens: Sed
in quibus est fallacia. Haec autem sunt ex quibus sunt et generati-
ones. Ex oppositis vero generationes, quare etiam fallaciae.

Opinioni inquit de bono quoniam bonum est contraria illa so[la] apo-
nendae, in qua primum fallacia reperitur. In qua autem
primum fallacia reperiatur, ostendit per id quod dixit ex
quibus sunt generationes, fallacia facillime reperitur.
6 Generatio enim semper ex oppositis est; quotiens enim aliquid fit al-
bum, non fit ex dulci, nec ex duro, nec ex liquido, sed ex non albo;
et quod dulce fit, non fit ex calido, neque frigido, nec nigro,
nec ex nulla alia qualitate, nisi ex sibi opposito, id est ex
non dulci; eodem quoque modo malum sese habet. Omnis gene-
ratio ex eo fit quod non fuit, ut dulce ex non dulci, album ex non albo,
calidum ex non calido; quare si generationes quidem ex oppo-
sitis, in his autem fallacia in quibus sunt generationes, erit in op-
positis prima fallacia. Prima namque fallacia est non putare
aliquid esse quod est, secunda putare quod non est, ut in eo quod est bo-
num prima fallacia est putare illud non esse bonum, secunda
malum esse arbitrari quod bonum est. Quocirca illae maxime pone-
ndae contrariae sunt, ubi est prima fallacia; in his autem est pri-
ma fallacia ex quibus generationes oriuntur; gene-
rationes vero dico esse quae fiunt ex his quae id quod fiunt
non fuerunt; generationes autem ex oppositis; + igitur prima fallacia

+ in oppositis

sed in quibus est prima fallacia, maxime contraria illa ponen-
da est; opposita igitur maxime contraria est; sed bonum esse
et bonum non esse opposita sunt; bonum igitur non est, ei quod est bonum esse
contrarium est, non illud quod est malum esse, quod maiore
argumentatione confirmat. Si ergo quod bonum est et bonum
et malum non est, et hoc quidem secundum se, illud vero secundum
accidens; accidit enim ei malo non esse, magis autem in unoquoque est
quae secundum se est etiam falsa si quidem est et vera. Per subiectam
argumentatio tali ratione formata est: bonum inquit et
non esse et non malum, quorum unum secundum se est proxime et natu-
raliter, hoc scilicet quod bonum est, alterum vero est acci-
dens, id est malum non esse; accidit enim ei quod bonum est malum non esse.
Ergo quod bonum est naturalius habet bonum esse, quam non esse malum.
Illud enim secundum se est, illud vero dicitur esse secundum accidens.
Quod si hoc est, verior est ea oppositio quae adfirmat quod accid-
it. Est autem secundum se bonum esse quod bonum est, secundum accidens au-
tem malum non esse quod bonum est; verius igitur et propinquius est
dicere de bono quoniam bonum est, quam dicere de bono quoniam malum non est.
Quod si hoc est, etiam ea opinio quae secundum se falsa est in dictio-
ne iuste videbitur ab ea quae secundum accidens mentitur.
Nam si illa vera est propinquius quae secundum se est, illa erit pro-
pinquius quae secundum se est; hoc est enim quod ait: Et magis autem
in unoquoque est vera, quae secundum se est etiam falsa si quidem est.
Si illa magis est vera quae secundum se est, recte illa magis
falsa dicitur quae secundum se falsa est, id est quae id negat
quod secundum se verum est. Ergo ea quae est quoniam est bonum quod bonum est,
eius quae secundum se est falsa est. Atque quid tendat tota superior
argumentatio continua disputatione subnectit. Superius
dictum est opinionem eam quae putat bonum esse quod bonum est secundum se esse;
quare illa opinio quae dicit non esse bonum quod bonum est, falsa est. Sed certe
falsa est quae secundum se vera est; secundum se enim vera est opinio quae putat
bonum esse quod bonum est, quae vero arbitratur non esse bonum quod bonum est
eius quae secundum se est veritatem opinionis intercipit. Nam bonum esse
quod bonum est quisquis opinatur, secundum ipsius boni naturam habet opinionem,
atque ideo secundum se opiniones huiusmodi nominantur; quare erit haec
secundum se falsa quae secundum se veritatem aggreditur. Aufert re propositam
idem autem bonum secundum accidens est non malum; hoc de bono verum est dicere quoniam
malum sed accidens, bono enim accidit non esse malum. Illa vero quae putat
malum esse quod bonum est, aufert non malum ab eo quod bonum est, et interimit re
secundum accidens veram. Vera namque est opinio quae dicit non esse malum
quod bonum est et secundum accidens; quare secundum accidens falsa erit
ea quae dicit malum esse quod bonum est. Illa enim propositionem tollit quae
secundum accidens vera est; quare eam priorem ea quae secundum se est
quam eas secundum accidens, eius falsitas quae secundum se est fallacior
erit

A quod secundum se est, quam illa quae adfirmat

ea falsitate quae secundum accidens est; Sed ea quae putat non esse
bonum quod bonum est. secundum se veritatis peremptoria est. Et ea
vero quae dicit malum esse quod bonum est. eius quod est non esse malum
quod bonum est secundum accidens rei verae peremptoria est; quare
falsior est ea quae dicit non esse bonum quod bonum est quam ea quae
dicit esse malum id quod est bonum; Falsissima magis contraria singula
quae habet contraria opinione; contrarium enim est eorum
quae plurimum circa idem differunt; Q uerebatur utrum
adfirmatio contraria an negatio positae rei eiusdem oppo
sitae rei adfirmationi. magis possit esse contraria sed
nunc hoc dicit quod quae falsae magis. eas magis contrarias;
C ontraria enim sunt quaecumque circa eandem rem plurimum diffe
runt. ut circa colorem album et nigrum; Ergo quae maxime
falsae et maxime verae. Et a plurimum a se distant; ma
xime autem vera est secundum se consistentis rei enuntiatio.
maxime autem falsa secundum se consistentis veritatis
peremptoria; necesse est autem ita adfirmationem contra
riam et negationem oppositae rei unam magis esse contrariam;
falsior autem et magis contraria est opinio illa quae contra
dictionem cogitat. ut est quae est non esse bonum quod bonum est. quam ea
opinio quae habet malum esse quod bonum est. quamquam eaque est
in vocibus opiniones sequuntur; Similimodo negatio
vel quae est omne bonum bonum est. ea scilicet quae dicit. nullum bo
num bonum est. magis est contraria quam ea quae opponit om
ne bonum malum est. Quocirca et in aliis quoque. ut in ea quae est
omnis homo iustus est. magis est contraria illa quae dicit
nullus homo iustus est, quam ea quae dicit omnis homo in
iustus est; Illa autem quae est quoniam malum est. quod bonum est. impli
cita est; Ad hoc ita ad demonstrationem superiorem argumen
tum quod monstrat magis esse contrariam eam quae negat
potius quam eam quae contrarium adfirmat; Implici
ta est inquit adfirmatio contraria; quisquis enim putat
id quod bonum est malum esse. fieri aliter non potest. nisi illud quoque pu
tet non esse bonum; Quare duplex quodammodo propositio est
ea quae dicit malum esse quod bonum est. Nam et illud insec
tum quoniam bonum non est; simplex autem propositio bonum esse quod
bonum est. et simplici simplex quae est negatio quod bonum est
non esse bonum; haec igitur magis contraria est; Amplius;
Si et alia in aliis similiter oportet se habere. et hoc videbitur bene
esse dictum; Aut enim ubique est contradictionis aut nusquam;
Aut in omnibus inquit vere dicitur contradictionem magis
esse contrariam quam contrarium adfirmationem; aut nusquam;
autem in aliis quidem evenire ostenditur. aut ne hic quidem
de veritate quod dicit contrariam esse eam quae contradictionis eidem negat

tionis potius quam contrarium adfirmationem; hoc autem speculemur
inquit in his quae contrarium non habent. ut in homine; si quis enim
putat omnem hominem esse. vera est; si quis vero hominem putet
non esse hominem falsa est; si quis autem putat hominem aequum esse. Nullus
dixerit. hanc magis esse contrariam qui putat hominem aequum esse.
quam qui hominem non esse hominem arbitratur; quare si in his quae
contraria non habent. illa contraria est quae contradictione
formatur; In his quoque quae habent contraria non contrarium
adfirmatio sed negationis propositio magis contraria est.
Amplius, similiter se habet boni quoniam bonum est. et non boni quoniam non bonum est.
et super has boni quoniam non bonum est. non boni quoniam bonum est; ex similitudine
et proportione contrarietatum proportionum vestigare
conatur; sed has prius disponamus. post autem quantum potest
breviter Aristotelicae argumentationis exsequimur;

V era
B oni quoniam bonum est;
F alsa.
B oni quoniam bonum non est;
U era.
N on boni quoniam non bonum est;
F alsa
N on boni quoniam bonum est;

H arum igitur quattuor opinionum duae verae duae falsae; Illa quidem
quae est de boni quoniam bonum est. vera est. Illa vero quae est boni quoniam bonum
non est falsa. Rursus illa quae est non boni quoniam bonum non est vera est.
illa vero quae est non boni quoniam bonum est falsa est. Ergo haec est similitudo
et proportio harum quattuor propositionum; Nam quemadmodum
se habet opinio boni quoniam bonum est ad eam opinionem quae est boni quoniam
bonum non est. eodem modo sese habet opinio quae est boni quoniam non bonum
est ad eam quae est non boni quoniam bonum est; Nam sicut illa una vera est
falsa altera. ita quoque hic una vera est altera falsa; Capit igitur
exemplum prius ab ea quae est non boni quoniam non bonum est; haec enim in
quit cum vera sit, quam huic ponemus esse contrariam eam neque illam quae
dicit malum est. sed non esse contraria; potest enim simul esse vera
et ea quae dicit. non esse bonum quod bonum non est. et ea quae dicit malum esse
quod bonum non est. Sunt enim quaedam non bona quae mala sunt quo circa
contrariae non sunt in quibus proponitur quod non bonum est bonum non esse.
et quod non est bonum malum esse; contrariae enim vere simul neque unt
inveniri. et vera vere contraria numquam esse; sed nec illa
poterit huic esse contraria quae dicit non malum esse quod bo
num non est; possunt enim quaedam nonquidem esse bona nec tamen mala.
Ut et arbore nullius utilitatis causa ramum defringere.
si arbore nihil laedat. neque malum neque bonum est; quare vere
simul possunt esse et haec quoque: quae opinantur id quod est non bonum quoniam non bonum est

n
& idesse n bonu qm malu e; quare nec haec
contrariae; Restat igitur ut ei opinionis quae e
non boni qm non bonu e. ea sit contraria quae e
n boni qm bonu e; quid simile his quattuor p posi
tionib; quas supra descripsimus. similitudo ser
uatur. & sicut e opinio n boni qm n bonu e ad ea
quae e n boni qm bonu e. sic opinio boni qm bo
nu e ad opinione boni qm bonu n e; contraria
au e opinio n boni qm bonu n e. opinioni n boni
qm bonu e; contraria igitur erit. opinioni
boni qm bonu e. opinioni boni qm bonu n e;
m Manifestu ergo e qm nihil interest. nec si uniuersa
lit ponamus adfirmatione. huic eni uniuer
salis negatio contraria erit; Illud qq recte
commemorat. quod nihil differat in opinionib;
haec ee contraria. si uniuersalit constituatur.
& in his quae sibi uniuersalit opponunt; Simi
lit eni in ea qq opinione quae arbitratur
omne bonu bonu ee. illa contraria e quae putat
nullu bonu bonu ee; Nam qua dicimus bonu ee id
quod bonu e. id si in opinione uniuersalit ad
firmatur. Ita putandu e quicquid bonu e bonu
ee; hoc aut nihil differt ea qua si dicamus
omne bonu bonu e; quae opinio cu sit uera. illa
ei contrariae opponitur quae dicit quicquid
bonu e bonu n e. hoc au nihil differt ea qua si
opinemur nullu bonu bonu ee. & idem in eo quoq;
eodem modo. ut si ita dicamus. omne qd n bonu e
n e bonu. & rursus omne qd n bonu e bonu e;
E odem modo sibi sunt istae contrariae. ut una uera
sit altera falsa; Quod in contrariis maxime
reperitur; quare tota disputatio questioq;
ita concluditur; Nam si ea quae sunt in anima
principia quaeda sc eoru quae significantur
in uoce. Uox au nota quaeda e animae passio
nis quicquid contingit in anima idem qq ad uo
ce redire necesse ee; qd si uniuersalis adfir
matio & uniuersalis negatio in opinione c
trariae. eaedemq in uocib; erunt. id e n erit ea
contraria quae contrariu adfirmat. sed ea quae
id qd ante ppositu e p uniuersalitatis con
tinuetate negat. ut e. omne bonu bonu e.
uel omnis homo bonus e; his contrariae nul
lu bonu bonu e. nullus homo bonus e. hoc e. omni
q d ait. Uel qm nullu uel nullus. nulla e ad illa ppositione referendis quae dicit. omne bonu bonu est.
Nullus illis scilicet opponit quae dicit. omnis homo
bonus e. ut simili hoc modo; omne bonu bonu e; huic
contraria. nullu bonu bonu e. Rursus omnis homo
bonus e; huic contraria. nullus homo bonus e;
contradictorias aut eet eas quas supra
posuit du de uniuersalib; & particularib;
loqueretur. eas scilicet quae angulares sunt;
uniuersalis eni adfirmatio. particulari
negationi. & particularis adfirmatio uni
uersali negationi p contradictione opponi
monstrata e; manifestu e au qm & uera uera
non contingit ee contraria. nec opinione nec
contradictione; Ex his quae supra r dicta
illud qq colligit. qd nec ea quae sunt contraria uera
simul ee possint. nec ea quae uera sunt sibi possint
ee contraria; & hoc n solu in opinionib; ee ut uera
opinio uerae opinioni contraria n sit. sed in p
positionib; quoq; neq; eni fieri potest ut duas contra
rias simul ueras ee contingat; & hoc p syllogismu
colligit; huiusmodi omnia contraria sunt opposita.
quae au opposita sunt simul eide inee n possunt; contraria
igitur in uno eodemq; ee natura n patitur; quare
si duo uera de eode pdicari possunt. duo aut contraria
eide inee non possunt quae contraria sunt uera ee
nulla natura ratione pmittitur; hoc e eni qd ait;
Contraria enim sunt. quae circa ea opposita sunt. Id est omne
contrariu oppositu e. nec fieri potest ut n quae sunt
contraria in oppositis contineantur; Sicut eni
in pdicamentis edocuit. contrariorum genus quodda e
oppositio; Circa eadem au contingit uerum dicere
eunde; Id e duo uera possunt simul ee. & de eo de simul
uere pdicari. ut cu dicimus aliquid bonu n ee & ma
lu ee. utraq; simul uere dici possunt; Possent quaeda
quae cu bona n sint tam mala ee. ut turpitudo bona quide
n e mala tamen e; Ergo ea quae uera sunt simul ut pdicentur
uere fieri potest. & ut in eo de sint; simul au eide n contingit
ee contraria; Quocirca si uera quide possunt eide inee. contra
ria au eide inee n possunt. ea quae contraria sunt uera simul ee n possunt
quare conuertitur. nec quae uera sunt simul contraria ee possunt.
Non igitur fieri potest. ut uel in opinionib; uel in ppositionib. ea
quae uera sunt. possit aliquis recte contraria suspicari;
Haec au quam tibi breuitas expositionis pmittebat expressi

quidā altior huius libri tractatus edoceat secun
dū edi tionis series explicabit.

Hymnus de sanctis confessoribus Medardo et Gildardo, editus a Gisfardo monacho petente Lanfredo sancti Medardi monacho. estque metrum iambicum archilocicum constans [...] metro acatalecto.

Sublime festum valde celebrabile caelitus pulchro decoratum lumine
versilis annus indicit Christicolis, laudibus ergo modulemur consonis.
Mentibus pronis flagitamus supplices duo ut caeli ... Galliarum praesules
quos deus ante mundi creationem praedestinavit ad supernam requiem.
Ortu gemellos dies una protulit atque ad culmen praesulatus extulit
pro quo in uno caelo laureati pariter diem natalium dicamus sollemniter.
Sancte Medarde et Gildarde inclite nostros reatus deprecatu solvite
quorum sacra doctrina refulget ecclesia ut sol et luna magna luminaria.
Columnae binae in statu ecclesiae fide fundatos spe robustos solide
fortiter erectos servatis geminae post mortem carnis impetrate vivere.
Sit trinitati sempiternae gloria honor potestas atque iubilatio
In unitate cui manet imperium ex tunc et modo per aeterna secula amen.

In unitate cui manet imperium ex tunc et modo p

II